178. Egidius de Gydzikouice constitutus personaliter coram nobis publice recognovit, quia nobili Petro de Szwirczewo pro advocacia in Sobesczki duorum mansorum t. decem et octo sexagenas monete communis a festo Pasce proximo per revolucionem duorum annorum continue se sequencium persolvere, si autem non solverit ad tempus prefatum, extunc in tercio anno, videlicet in festo Pasce decim *(s.)* et novem sexagenas foro solvere se obligavit, cum vero easdem decem et novem sexagenas in eodem festo Pasce eidem Petro solvere neglexerit, extunc pro dampno tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, solvere se obligavit et ipse Petrus iam a die hodierno ipsum in eandem advocaciam intromisit et, quando ipsum idem Egidius ammovebit, tunc sibi cum filio [de]bebit resignare, et domina Szwąn *(f. 18.)* [tochna] conthoralis Egidii eundem (?) a dote non debet impedire neque terminum finalem et hoc...[2]) cum eodem Egidio pro suis pecuniis litigare in iure wlgariter *wirzeclaszą.*

14.* Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato ante Oculi sub a. d. M-o CCCC-o XXXIIII-o coram Stanislao de Roschkowo, Allexandro de Grąmpczewo et aliis officialibus *(1434, 27 febr.).*

179. Pueri domini Leonis de Crissko 1 s. m. contra Iohannem de Zaluski.

180. Honorabilis dominus *Lascz* plebanus de Narussowo litteram domini ducis Boleslai contra Stiborium assertum plebanum de ibidem coram nobis ostendit, quod omnes fratres sui aut alii amici, qui cum eo in possessione eiusdem

[illegible] [illegible] [illegible] [

plebanie interfuerunt, non debeant iudicari tamdiu, quousque in iure suo spirituali per ipsorum iudices eis assignatos discucientur.

181. Nobilis *Donyn* de Smosszewo coram nobis constitutus publice recognovit, quia nobili Lascario de Dlotowo sex sexagenas communis monete fideiussit soluturas ad festum sancti Michaelis proximum, si autem non solverit, extunc pro dampno tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, solvere se obligavit.

182. Slauek cum Stanislao suo filio de Zacroczim opidani coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt, quia domino Zemak iudici czechonoviensi dimidiam quintam sexagenas *(s.)* ad festum Penthecosten et alias dimidiam quintam sexagenas ad festum sancti Michaelis proxime venturos *(s.)* tenentur persolvere, si autem non solverint ad tempus prefatum *(f. 18 v.)* ..... [1]) extunc racione dampni tantum, [quantum] est de pecuniis capitalibus, solvere se obligarunt, hoc eciam adiecto, quod cum prefati Slauek cum Stanislao manu coniuncta eandem pecuniam non solverint, extunc de suo iure civili se deponunt et hic pro isto debito promittunt respondere.

183. Vlodek de Gawarzecz contra Arnoldum de Lazanki nobili *Wsczele* de Sobanice causam suam wlgariter *przą* pro violencia, quam sibi intulit, contulit et assignavit, dans sibi omnimodam potestatem, uti solus esset propria in persona.

184. Nobilis *Wsczele* cum Stanislao de Sobanice constituti coram nobis publice recognoverunt se teneri strenuo domino *Wąsch* castellano czechonoviensi quatuor sexagenas cum viginti grossis communis monete ad festum Nativitatis Christi proximum soluturas, si autem non solverint, tunc penam L ducatui cum honoratis et sibi domino *pącznadzescze,* et hoc quilibet suam medietatem.

185. Bronissius cum Martino de Squari constituti personaliter publice recognoverunt, quia strenuo domino *Wąsch* castellano czechonoviensi quinque sexagenas monete communis quilibet suam medietatem ad diem Nativitatis Christi proximum soluturas sub pena L ducatui et *pącznadzescze.*

186. Nicolaus kmeto de Vroblewo publice recognovit, quia sibi Allexander de Grąmpczewo tres sexagenas solidorum persolvit.

187. Dominus Dzetrzich procurator zacroczimiensis recognovit se teneri provido viro *Mrziglodoni* opidano zacroczimiensi quatuor sexagenas minus decem grossis communis monete ad diem sancti Adalberti proximum sub totidem dampni soluturas.

188. *(f. 19.)* ... ... stetit ... Dobeslaum de Cozarzewo ... s [2]) decem pro modio siliginis, prout fuit per iudicium sentenciatum, et ipse Dobeslaus non stetit usque ad finem iudicii.

189. Petrus de Nyepecli recognovit, quia pro ipso Florianus de Zdunowo fideiussit dimidiam alteram sexagenam ad festum sancti Laurencii proximum persolvere, et ideo promittit ipsum Florianum de dicta caucione ad eundem tempus liberare, si autem non liberaverit, extunc quodcunque dampnum Florianus haberet, hoc ipsum in eundem Petrum redundari debebit.

15. Termini zacroczimienses sabbato proximo ante Letare coram domino iudice et procuratore zacroczimiensibus sub a. d. millesimo CCCC XXXIIII-o *(1434).*

190. Dominus Silamus iudex vischegradiensis publice recognovit se te-

[1]) *pełen wyraz zatarty.* [2]) *tu się zaczyna [illegible] wiersz zatarty.*

neri nobili Iohanni de Zdunowo de pecuniis ipsius Iohannis filiastri cuinque *(s.)* sexagenas monete communis ad festum sancti Martini proximum soluturas.

191. Inter honestam dominam zacroczimiensem de Porczinino ex una et inter Stanislaum de Trampki ex altera partibus pro omnibus causis, quas habent facere inter se, terminus pendet ad adventum proximum domini ducis post festum Pasce proximum ex illa parte Visle.

192. Preco zacroczimiensis 1 s. m. contra dominum Albertum de Crocewo.

193. *(f. 19 v.)* .... Stanislaus de .... de Zacroczim, quilibet per se egerunt contra ...[1]) et Mathiam de Voyni pro eo, quod ipsorum frumenta quilibet metsecundus violenter recepit, et ambo respondelbjunt, quia recepimus, sed habeo intercessorem, quem debet statuere in duabus septimanis, et hoc pro quadruplici causa.

194. Nicolaus de Strobino egit super Clementem, quia intrasti in meum horreum violenter et ibi recepisti falangas, palos et alia necessaria, et ipse Clemens recognovit: „quidcunque feci, pro istis causis habeo intercessorem", et in hoc duas sexagenas Nicolaus dampni assignavit.

195. Laurencius de Strząmbowo coram nobis constitutus publice recognovit, quia de ecclesiasticis pecuniis nobili Sądziwgio de Scithno dimidiam quartam sexagenam monete cracoviensis ad diem sancti Petri apostoli proximum fideiussit soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

16. Notentur termini Novecivitatis feria quinta proxima ante Iudica coram dominis Silamo iudice. Dzetrzich procuratore zacroczimiensibus sub a. d. millesimo CCCC XXXIIII-o *(1434, 11 mar.).*

196. Falislaus de Ponyati coram nobis constitutus publice recognovit se teneri nobili domino Zemak iudici czechonoviensi quatuor sexagenas minus decem grossis monete communis ad diem sancti Martini proximum soluturas, si autem non solverit ad tempus prefatum, extunc totidem dampni solvere se obligavit.

197. *(f. 20.)* Ian de Brolino docet Iohannem [uno] teste. Rotha: *„Iakom ya Ian* ...[2]) [do]*ssicz za osszmdzesszant grosszi rqkogemst[wa].*"

198. Ian *Kozel* de Brolino 1 s. m. contra Iohannem de ibidem, et sibi Iohanni in duabus septimanis octuaginta grossos communis monete sub pena L soluturos.

199. Prout nobilis et honesta Gela de Szmigewo super nobilibus *Przesdoma,* Paulo, Stiborio et Andrea decem sexagenas paratis [pecuniis] iure est consecuta et lucrata, hanc sentenciam ad quatuor septimanas domini prorogarunt.

200. Andreas *Stopka* 1 L, quia dominos iudices in iudicio inhonoravit.

201. Iohannes filius Casper bone recordacionis de Smogorzewo personaliter constitutus publice recognovit, quia nobili Iohanni de Zalesze quatuor sexagenas communis monete ad festum seu diem Nativitatis Marie uirginis proximum t. persolvere cum quatuordecim grossis, si autem non solverit, extunc extunc *(s.)* pro dampno totidem solvere se obligavit.

202. Accio cum relacione. Andreas *Stopka* egit contra *Szmaram* de Godacze pro dotalicio, in qua causa *Szmara* de Iableczniki debuit recognos-

[1]) *do się ... ta[ł] z ... ...* [2]) *po ... ...*

cere, que scietur inter eos, existens procus, et sic, cum fuit coram nobis constitutus, est professus illa, que scivit, et inter cetera dixit de solucione ipsorum: „quid solvit, aut non, penitus ignoro“, dominique dixerunt, quod proci eiusdem [1]) recognicio est insufficiens, ...agas .... heres et ipse Andreas .... pro quo agere et hoc tercia vice esset .... habuisset pro quo agetur et docuit (?) ... bat .... sicut .... ad alium .... [here]ditates ....sep .... post bonam .... *(f. 20 v.)* .... prefatus ....[2]) wlgariter *wirzeklasszą,* quod non habes, pro quo contra me agere debuisses, et (?) hic iterum agis, et in hoc facto sum paratus recipere per corulum relatorie ad iudicium pro lucro et perdicione, et recepit, et Andreas prefatus recipere non curavit, et hoc ipsum ad quatuor septimanas prorogamus.

203. Nobiles Iacek de Crziszki et Petrus de Sczepankowo coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt, quia pro nobilibus Sulislao de Croscice et Petro de Crosczice octo sexagenas communis monete venerabili domino Andree abbati monasterii czirwensis ad diem sancti Michaelis proxime venturum soluturas, si autem non solverint manu coniuncta extunc penam quinquagenalem ducatui et sibi *pącznadzeszcze* paratis solvere se obligarunt.

204. Dominus Iunossius de Smogorzewo recognovit se teneri venerabili domino Andree abbati monasterii czirwensis tres sexagenas communis monete ad diem sancti Michaelis proximum sub pena L et *pacznadzeszcze* paratis pecuniis solvere se obligatur.

205. Bartholomeus de Slunczewo coram nobis recognovit se teneri nobili Damiano tredecim sexagenas minus viginti grossis communis monete secunda die post festum sancti Nicolai proxime venturum soluturas, si autem non solverit ea[n]dem summam pecuniarum eidem Damiano ad tempus prefatum, extunc racione dampni tantum, quantum est de capitalibus pecuniis, una cum pecunia capitali solvere paratis pecuniis se obligavit, et hoc nullis obligacionibus neque prescripcionibus evadendo ipsius dampnum .... [3]).

206. *(f. 21.)* Domini decreverunt, quia Iunossius de Smogorzewo (?) contra kmetonem qui ... [4]) recessit, ad dominum ducem scabinos statuere debuisset, et ipse Iunossius secundum iudicii decretum scabinos adduxit ad recognicionem, et ipse kmeto non stetit. Qui scabini recognoverunt, quia idem kmeto libere bona sibi Iunossio pro iure terrestri dedit et assignavit.

207. Falka alias *Kalina* de Roschkowo coram nobis personaliter constituta publice ac per expressum recognovit, quia porciones suas totas, quas habet in Godacze, nichil pro se reservans et quas iure acquisivit super Alberto, Margaretha et Anna de ibidem, nobili Dobeslao de Szlassi easdem porciones in quatuordecim sexagenis monete communis ab uno festo Nativitatis Christi ad aliud festum Nativitatis eiusdem cum effectu ac racionabiliter obligavit, quas porciones idem Dobeslaus tenebit, habebit pacifice et quiete possidebit tamdiu, quousque sibi Dobeslao aut sue posteritati dicta summa pecuniarum per illum cui intererit fuerit plenarie et in toto persoluta, sed hoc coram domino duce nostro gracioso hanc obligacionem publicare.

(f. 21 v.) **17.** [5]) .... **sabbato ante dominicam ludica**... *(1434, 13 mart.)*

208. Centurio de Wylkowugye obligavit [se] dare $1^1/_2$ sexagenam sab-

[1]) *następują fragmenty odczytane z sześciu wierszy wyblakłych.* [2]) *da się odczytać z 3½ wierszy wyblakłych.* [3]) *wyraz wyblakły.* [4]) *½ wiersza wyblakło.* [5]) *zob. str. 22 nr. 1.*

lato proxime venturo sub totidem[!] dampni in paratis nobili Iohanni de Wulkowugyc.[1]

209. *(f. 22.)* Nicolaus alias *Holczuch* de Strobin[o] coram nobis publice recognovit se teneri nobili Andree de ibidem quinque sexagenas cum XV grossis monete prutenorum seu solidorum, prout illo tempore solverint, ad diem sancti Michaelis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se obligavit.

210. Falislaus de Godacze coram nobis publice recognovit se teneri nobili Stanislao de Clukowo dimidiam terciam sexagenam communis monete ad diem sancti Nikolai proximum soluturas, si autem non solverit, extunc pratum illud, quod sibi Nicolaus <de Prussinouice> de obligacione restituit, ad eundem Stanislaum annuatim ammittet tenendam tamdiu, quosque sibi dicte pecunie fuerint persolute, et in hoc pacem Falislaus eidem Stanislao fideiubet ab omnibus partibus.

211. Iohannes de Pyanowo constitutus coram nobis publice recognovit, quia fideiussit pro nobili Mroczkone de Kądzerzauice nobili Iohanni *Dząnczol* de <Pnewo>[2] quinque sexagenas monete communis ad diem sancti Martini proximum soluturas, si autem non solverit ad tempus prefatum dicto Iohanni eandem summam, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

212. Andreas de Brodowo constitutus personaliter publice recognovit, quia Sassino de Kurząnthkowo tres sexagenas monete communis pecunie dotis finalis seu residuitatem, quas sibi adhuc tenebatur, ad terminos proximos post Nativitatem Christi sub pena L et *pąncz nadzescze* promptis pecuniis soluturas.

213. *(f. 22 v.)* Egidius de Gydzikouice constitutus personaliter recognovit se teneri nobili Petro de Szwirczewo quatuor sexagenas monete communis ad diem Pentecosten proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit, et dominus Silamus iudex recognovit, quia Egidium prefatum de una sexagena debet liberare, et, si non liberaverit, extunc pro ista sexagena quinta, quodcumque dampnum Egidius pro eadem reciperet, hoc ipsum in eundem iudicem redundaret.

214. Mathias Strzeszewski opidanus de Poltovia personaliter constitutus publice constituit, prout melius potuit, ordinavit in suum verum ac legittimum procuratorem nobilem Florianum de Chmelewo contra Margaretham de Poltovia <sororiam suam> pro omnibus causis, quas habet uel habiturus est cum eadem, dans ac concedens dicto suo procuratori potestatem omnimodam, uti solus propria in persona esset constitutus.

215. Iohannes de Goląmbye personaliter constitutus publice recognovit se teneri nobili Iohanni de Chmelewo quinquaginta grossos communis monete ad festum <Nativitatis Marie proximum[3]> sub pena L et sibi creditori sub pena s. m.

[1]) *data № 17* i zapiska № 208 wpisane są u górnego brzegu karty pismem drobnem. Karta ta pierwotnie nie miała być całkowicie niezapisana, a ciąg zapiski na karcie 22, 22 v. i na początku karty 23 odnoszą się do poprzednich roków nowomiejskich z dnia 11 marca (1434 r.), zaczynających się u dołu karty 19 v. i wpisanych tą samą ciągle ręką. Data № 17* i zapiska № 208 wpisana prawdopodobnie na wolnem miejscu karty niezapisanej odnoszą się przypuszczalnie do następnych zaraz roków ciechanowskich w Zakroczymiu, jak na to wskazuje tożsamość daty dnia (por uwaga № 18*).* [2]) *cam.* Cząszczki. [3]) *cam.* sancte Margarethe proximum.

216. Strenuus dominus Ieorgius alias *Stromilo* de Szgerz pro dilacione Thomassii de Sciperno debet parere in termino in decem et octo septimanis a data presencium contra nobiles Wernerium dapiferum wischegradiensem et [1]) pudicam uirginem Gretam filiam [2]) pie memorie Stiborii de Sanchoczino.

217. *Gunka* de Zarąmbi constituta coram nobis publice recognovit, quia nobili Iohanni procuratori de Stpice quindecim sexagenas monete communis lucrata est super Paulo *(s.)* de Gorki, cum iure suo contulit possidendas et tenendas, quod ius sibi decrevit in eidem *(s.)* pecuniis, eidem Iohanni commisit in qu... [3])

218. *(f. 23.)* .... [4]) 1 s. m., quia citans non stetit.

219. Nicolaus de Meszki 1 *nestane* contra eundem Mathiam et idem s. m., quia solus non stetit citans.

220. Zdzeslaus de Godacze 1 s. m. contra Petrum *Virzik,* et sibi decem grossos in duabus septimanis sub pena L.

221. Dominus Nadmirus de Lowczewo luit triplicem penam LLL.

222. [5]) Andreas *Stopka* 11 s. m. contra Iacussium de Ponatouice.

223. Petrus de Kąnsze 1 *nestane* contra notarium pro iure crucis.

18. Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato proximo ante ludica sub a. d. millesimo CCCC-o quadringentesimo *(s.)* **XXXIIII-o coram..** *(1434, 13 mar.)*

224. Ian de Vilkowye 1 s. m. contra Ratiborium de [6]) Zarambino, et sibi t. dimidiam sextam sexagenam monete communis ad diem sancti Adalberti proximum sub pena L soluturas.

225. Thomassius de Sciperno et *Wsczele* de Sobanice asserentes se arbitri inter nobilem Allexandrum et Thochnam coniugem [7]) Cristini de ibidem publice recognoverunt, quia unierunt et concordaverunt ipsos eo modo, quia predicta domina elegit sibi duas areas ibidem kmetonum et a propria area recessit Allexandro, quam ipse Allexander habebit, presentibus Allexandro et Thochna ad quod consensum suum apposuerunt.

226. *(f. 23 v.)* .... [8]) 1 s. m. contra coniugem marschalci.

227. Boguslaus de Sobanice 1 s. m. contra Allexandrum de ibidem, et sibi Allexandro unam sexagenam in duabus septimanis sub pena L.

228. Nobilis *Borscha* de Sobanice coram nobis publice recognovit, quia nobiles *Wsczele,* Boguslaus et Nicolaus de ibidem sibi duas sexagenas de illis pecuniis, quas habet in littera domini ducis [9]), ad quatuordecim sexagenas iam exsolverunt.

19. Acta in Zacroczim coram domino Dzetrzich procuratore zacroczimiensi sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum sub a. d. M-o CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 29 mar.)*

229. Nobilis Przedborius preco zacroczimiensis constitutus personaliter publice recognovit se teneri honorabili domino Nicolao procuratori in Iunecz quadraginta grossos communis monete pro decima, quam emit in Noskowo, ad festum Pentecosten proximum sub pena L soluturas.

230. Iacussius viceprocurator antiquus zacroczimiensis personaliter constitutus publice recognovit se teneri nobili Pelce de Osszek quatuor sexagenas monete cum caligis bonis de panno *lerske* ad festum sancti Iohannis Baptiste

[1]) h *d.* [2]) de *d.* [3]) *in margine scriptum* [4]) *in margine scriptum* [5]) *in margine scriptum* [6]) *in margine scriptum* [7]) *in margine scriptum* [8]) *in margine scriptum* [9]) *in margine scriptum*

antientester [1]) ibidem *d.* [7]) Stanislai *d.* [8]) *in margine scriptum* [9]) *in margine scriptum*

proximum sub fide et honore soluturas, si, quod absit, non solverit, extunc pro eadem pecunia coram iudice seculari respondere (?) debet.

231. [illegible] domino Nicolao procuratori de Iunecz duodecim sexagenas monete communis pro decima, quam emit in Nyeporanth, ad diem Pentecosten proximum soluturas.

232. Stanislao de Voyni viceprocuratori poltoviensi ante duabus septimanis contra dominum Albertum de Crocewo terminus fuit dilatatus ad duas septimanas, et in eodem termino non stetit Alberto eodem parenti.

20.* Termini zacroczimienses sabbatho ante Conductum Pasche coram Silamo iudice et Dzetrzich procuratore zacroczimiensibus et aliis suppariis iudicio presidentibus sub a. d. M-o etc. tricessimo *(s.)* **quarto** *(1434, 3 apr.)*

233. Vincencius de Zaluski I L contra pueros Henrici de ibidem ob non solucionem debiti acquisiti pro vadimonio.

21. Termini Novecivitatis feria proxima ante dominicam Misericordiam coram dominis Silamo vischegradiensi. Zemak czechonoviensi iudicibus. procuratore zacroczimiensi sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 10 apr.).*

234. Sądek de Meschki coram nobis recognovit se teneri Nicolao de ibidem $^1/_2$ sexagenam monete communis ad diem Nativitatis Christi proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

235. Stiborius de Meschki recognovit se teneri nobili Michaeli de ibidem $^1/_2$ sexagenam cum duobus grossis communis monete ad diem sancti Bartholomeii apostoli proximum soluturas, si autem non solverit, extunc totidem dampni solvere se obligavit.

236. *(f. 24 v.)* Nobilis dominus Wernerius dapifer wischegradiensis personaliter constitutus publice recognovit, quia Ade de Kowaleuice t.[2]) tredecim sexagenas monete communis secunda die, videlicet die crastina post festum sancti Nicolai confessoris gloriosi proxime venturum persolvere omni sine dilacione, et super hoc debitum idem dominus Vernerius litteram domini ducis Boleslai primi adventus sui in Novacivitate super se promisit expedire, si autem non dederit litteram eandem, <aut> coram domino duceque non reformabit, <vel pecuniam eandem non solverit>, extunc racione huius neglecionis littere eiusdem, hereditatem ipsius Cuchari dictam ad eundem Adam in eadem summa pecuniarum perdet et ammittet eviterne et in ewm cum omnibus utilitatibus nichil pro se reservans, et idem Vernerius eidem Ade fideiubet pacem pro dicta hereditate.

237. Andreas geometer de Szlubowo I s. m. contra nobiles Clementem et Damianum de Goscimino et eisdem t. tres sexagenas communis monete, equm *(s.)* pro septuaginta grossis, manicas wlgariter *postawczowe,* tunicam et palium pro honore filie sue in duabus septimanis sub pena L soluturas.

238. Stanislaus et Petrus de Iableczniki coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt, quia nobili Paulo de ibidem tenentur Stanislaus duas et Petrus dimidiam alteram sexagenas mediorum gr. aut quadrantos ad diem terciam post festum sancti Martini confessoris gloriosi proximi soluturas, si autem non solverint, extunc totidem dampni postea solvere se obligavit una cum

[1]) *2[3] 4 wiersza wyblakło.* [2]) quatuordecim *d.*

pecunia capitali, sed hoc nullis composicionibus nec obligacionibus ipsum Paulum evadendo, nisi paratis pecuniis, tam capitalem, quam [eciam] dampnosam pecuniam.

239. *(f. 25.)* ....s.. de Szmirdzigrochi 1 s. m. [contra] Iohannem de ... ...[1])

240. Nobilis Nicolaus de Prussinouice constitutus coram nobis in iudicio personaliter publice recognovit, quia nobili domino Iacussio de Goscimino fideiussit viginti octo sexagenas monete communis ad diem sancti Bartholomei proximum soluturas, si autem non solverit, aut solvere quovismodo neglexerit dicto Iacussio eandem summam ad tempus prefatum, extunc racione dampni totidem, quantum est de pecuniis capitalibus, solvere se obligavit.

241. Dominus Silamus iudex vischegradiensis recognovit se teneri nobili Andree *Stopce* sex sexagenas monete communis in vigilia Nativitatis Christi proxime venturum soluturas, et si aliquod dampnum idem Andreas a Boguslao de Ponyatouice pro istis pecuniis recepit, hoc ipsum in eundem dominum iudicem redundabit ad simplicem uerborum relacionem dicto Andree.

242. *Szmara* de Godacze recognovit, quia domini Dzetrzich de Szwirzkowo procurator zacroczimiensis et Andreas geometer de Szlubowo pro debito domini iudicis zacroczimiensis, quod fideiusserant, satisfecerunt plenarie et in toto, quod eciam in libro iudiciali se inscripserant, videlicet sex sexagenarum.

243. Procurator zacroczimiensis 1 *nestane* contra Lubanum opidanum de Roszan.

244. *Szmara* de Iableczniki recognovit, quia fideiussit nobili Boguslao de Ponyatouice sex sexagenas monete communis in crastino Nativitatis [Christi][2]) proximo sub fide et honore soluturas.

245. *(f. 25 v.)* Nicolaus ....[2]) de Truski .....[2]) se personaliter coram nobis publice recognovit, quia Iohanni de Pyanowo quinque sexagenas monete communis ad diem Nativitatis Christi proximum sub pena L et *pąuznadzeszcze* soluturas paratis pecuniis totum.

246. Petrus de Galąnski triplicem penam *nestane*[3]) contra Nadmirium de Smolechowo.

247. Przedborius de Rzebri feria quinta <magna> I L contra Petrum *Disszeuicz,* et hodie II LL contra eundem ob non solucionem siliginis et tritici iure aquisiti.

248. Zdzeslaus *Godacz* I L contra Mączkonem de Virziki ob non solucionem decem gr.

249. Ex decreto iudicii actificata in libro czechonoviensi et rescripta ibidem in iudicio ad iudicium Novecivitatis oblata, in hunc librum scribi domini decreverunt, ut sequitur uerbo ad uerbum. Acta sunt hec feria tercia in crastino sancti Thome de Aquino anno tricesimo secundo *(1432, 29 ian.*[4]*)*. Veniens ad nostram presenciam dominus Iohannes de Gora obligavit se solvere octo sexagenas gr. communis monete in festo beati Iohannis Baptiste proxime venturo domino Zemak iudici czechonoviensi, si autem non solverit, extunc tantum pro dampno eidem solvere tenebitur, in quibus pecuniis capitalibus et dampni ad

[1]) *miesed ogblakb.* [2]) *ogblakb.* [3]) *a mąg ogbl.* [4]) *data późniejsza dodana ręką do tract. S. Thome.*

predictum dominum iudicem hereditatem ipsius Rąmpkowo dictam ad ipsum perpetue cum omnibus utilitatibus perdet.

22. Termini czechonovienses sabbato ante dominicam Misericordia domini coram notario Stanislao et Allexandro aliisque zupariis sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 17 apr.)*

250. Ian de Gawarzecz 1 s. m. contra Nicolaum famulum et sibi $^1/_2$ sexagenam in sex septimanis solvere debet sub pena L.

251 *Strakla* kmeto de Strząmbowo 1 s. m. contra Stanislaum de Sobanice, quia citans ipse solus non stetit.

252. Allexander de Sobanice ammonuit stans coram iudicio, quia habeo terminum cum Iohanne de ibidem, quia litteram hodie debuit ą divisoribus ad iudicium afferre, nec idem Iohannes non stetit neque aliquis [1]) litteram ab eo presentavit.

253. Nobilis Iohannes de Gawarzecz coram nobis publice recognovit, quia honorabili viro domino Ianislao plebano de Mąnczino t. dimidiam quintam sexagenam cum sex grossis ad diem sanctorum Petri et Pauli apostolorum proxime venturum, et aliam dimidiam quintam sexagenam cum sex grossis monete mediorum gr. valencium ad diem sancti Michaelis proximum soluturas, si autem aliquam summam in certis temporibus iam descriptis ipse Iohannes iam dicto plebano <non solverit>, extunc pro dampno in quolibet terminorum tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, racione fideiussionis solvere se obligavit.

254. Allexander [2]) de Sobanice ammonuit et attemptavit super Nicolao *(s.)* de ibidem recipere quindecim grossos pro iure terrestri ... [3]) sibi sunt soluti (?) et hanc pecuniam ad sentenciam dominorum iudicis et subiudicis prorogaverit.

255. *(f. 26 v.)* ... ... [terminus] [4]) pendet in sex septimanis.

256. Iohannes *Dzanczol* 1 L contra Annam de Strzegoczino ob non solucionem pecuniarum aquisitarum.

23. Termini zacroczimienses sabbato coram domino procuratore Dzetrzich et aliis zupariis sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 17 apr. (?))*

257. Falislaus de Nyepecli 1 s. m. contra Iacussium de Falibogi.

258. Dominus Paulus de Mąnczino 11 LL contra dominam *Cchrczonowa (s.)* de Smosszewo.

24.* [5]) Termini in Zacroczim feria tercia proxima post dominicam Iubilate in presencia domini ducis et suorum dignitariorum sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 21 apr.)*

259. Przeszmir de Troski coram nobis publice recognovit te teneri [6]) viro laborioso Nicolao de Vroblewo sex sexagenas monete communis ad diem Nativitatis Christi proximum soluturas et, si non solverit ad diem deputatum, extunc post, racione dampni, totidem solvere se obligavit, et quidcunque ipse Przeszmirus sibi Nicolao de pratis et agris suis propriis assignavit, hec omnia sibi Nicolao debet adimplere et de hiis ipsum non debet impedire, et notam .....[7]) de eisdem pecuniis in nichilum reddimus.

[1]) s. d. [2]) de Grąpcze *d.* [3]) *wiersza wyblakł.* [4]) *trzy wiersze wyblakły.* [5]) *dod. tylko XXXIIII-o:* Omnipotens sempiternae *(s.)* Deus. [6]) s. d. [7]) *wyblakło.*

260. *(f. 27.)* [P]asszek kmetho de Brodowo sentenciatus bis quatuor solidos et sex grossos (?) nobili Bronk de Byelani, apud eundem Bronk suam medietatem stube ibidem in Byelani ante sex septimanas [1]) recipere debebit et valebit, si autem in hoc spacio sex septimanarum aliquis eundem kmetonem pro eadem stuba impediverit, hoc totum super ipsum Bronk redundabit sub pena L.

261. Damantha de Kąnsze d. testes contra Iohannem preconem Novecivitatis: primus Simon de Kąnsze, 2-us Stasszek, 3-us Thomek de ibidem, 4-us Ianussius de ibidem, 5-us Andreas filius Simonis de ibidem. Rotha: *„Iakom ya nyegonil Ondrzeya nadobrovolney drocze sotrą (s.) bronyą szilą.*

262. Przedborius de Rzebri III LLL contra Petrum *Disze[uicz]* advocatum de Poltovia pro non solucione trium marcarum et siliginis cum tritico.

263. Petrus *Disszeuicz* advocatus poltoviensis ex decreto dominorum iudicum per suum procuratorem Nicolaum Dalonowski iure aquisivit super Przedborio *(s.)* de Rzebri [2]) dimidiam quartam sexagenam cum IIII-or grossis videlicet pro tribus marcis, siligine et tritico, hoc pro toto colligendo, eciam occies *pąnznadzessze* composicionem; in quo quidem toto debito et penis sentenciatis Petrum prefatum in porcionem hereditatis totam Przedborii, quam habet in Rzebri, nichil pro [se] reservato, et in alias porciones, ubicunque habentur, intromisimus et per presentes intromittimus, tamdiu tenendas, habendas, quousque sibi Petro summa predicta fuerit plenarie persoluta, et super hoc litteram scribi decrevimus.

264. Borzim de Karnewo I *nestane* contra dominam Iachnam de ibidem.

265. Petrus de Obrąmb causam suam contulit domino Nadmirio de Lowczewo contra laboriosum Paulum de Szlubowo pro omnibus causis, quas habet, uel habiturus est cum eodem Paulo, quod sit potens facere, disponere, uti solus interesset propria in persona.

266. *(f. 27 v.)* Zdzeslaus de Godacze II LL contra .... [3]) de Virziki (?) ob non solucionem X gr.

25.* Termini czechonovienses sabbato in crastino sancti Adalberti sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram dominis Stanislao de Roszkowo, Allexandro de Grąmpczewo, precone et aliis zupariis *(1434, 24 apr.)*

267. Dorothea de Scarzino d testes contra Michaelem de ibidem: primus Stanislaus de Postrusze, 2-us Iohannes de ibidem, 3-us *Wanczszik* de Vichorowo, 4-us *Gempza* de ibidem, 5-us Nasszil de Kozarzewo, 6-us Petrus de Kozarzewo. Rotha: *„Iako <ya> to wem, esze Dorothka nyewinoszila Michalowy szita brzemenem chąnszebna (s.) rzeczą.*

268. Wlodek de Vichurowo [illegible]

26.* Acta in Zacroczim feria secunda in crastino sancti Marci Ewangeliste a., ut supra, coram domino Dzetrzich procuratore zacroczimiensi *(1434, 26 apr.)*.

269. Nobiles ac providi viri Nyemyerza de Grodzecz, Michael de Kamyno, Iohannes advocatus de Zacroczim, *Cronik* de ibidem, Gregorius de Wischegrad, Stanislaus *Vitczicz* advocatus de Ostraląnka opidani coram nobis personaliter constituti publice recognoverunt, quia providum virum Gerk de Danczik erga Michaelem *Szepyolak* de Czechonowo opidanum in Czechonowo ad diem Nativitatis Marie uirginis gloriose proximum fideiusserunt manu in coniuncta statuere,

[1]) pro *a* [illegible] [2]) *d* [illegible] [3]) *zpiskib*

si autem predicti fideiussores eundem Gerk in eodem die et loco statuere neglexerint, extunc duas struges roborum wlgariter *dwa zachciki* prefato Michaeli solvere et dare tenebuntur in Zacroczim colligatas.

27.* *(f. 28.)* **Acta in Novacivitate feria tercia proxima ante diem sanctorum Phillipi [et]** [1] **Iacobi apostolorum sub a. d. millesimo CCCC-o <XXXIIII-o> in presencia domini ducis** *(1434, 27 apr.)*.

270. Dominus Nadmirus scabinis debet docere Petrum kmetonem, quia idem Petrus bona ipsius domino Nadmirio sua bona libere dedit et contulit pro subsidio.

271. Dominus *Stolnik* debet inducere scabinos contra Iohannem kmetonem de Latonice pro eo, quod sibi frumenta violenter non recepit, et pro subsidio, quod sibi non precepit subsidium restituere in duabus *(s.)* invitum, sed in iudicio bannito ipsum subsidium per peccora solus solvit libere.

272. Honorabilis dominus Petrus canonicus plocensis coram nobis constitutus personaliter nobilem Grzimkonem advocatum de Vronska contra omnes quascunque personas pro omnibus causis constituit in suum verum ac legittimum procuratorem wlgariter *perczą,* dans ac concedens dicto suo procuratori potestatem omnimodam citandi, agendi, respondendi, uti solus interesset propria in persona.

273. Dobeslaus, Iohannes et Mroczeslaus heredes de Meschki coram nobis constituti personaliter de bona voluntate recognoverunt, quia divisionem perpetualem in hereditate ipsorum Meschki inter se fecerunt et ordinarunt sic, quod Dobeslaus cum suis fratribus unam porcionem, Iohannes eciam cum ipsius particularibus secundam porcionem, et Mroczeslaus cum suis particularibus seu fratribus <terciam porcionem>; eandem divisionem, quelibet pars suam terciam partem hereditatis eiusdem tenebunt, habebunt sic, uti inter se consignarunt quibuscunque signis perpetue et in ewm sub vadimonio triginta sexagenarum communis monete.

274. Zemak de Bądostowo t. Iohanni de Zalessze duas sexagenas monete communis ad diem Nativitatis Marie uirginis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc post totidem dampni solvere se obligatur.

275. *(f. 28 v)* Coram domino duce constitutus strenuus dominus Mathias de Costnyno (?) nobilem Paulum alias *Malenka* de Proskowo contra Andream geometrem de Szlubowo constituit, prout melius potuit, ordinavit in ipsius verum ac legittimum procuratorem wlgariter *perczą,* dans dicto suo procuratori plenum mandatum et potestatem omnimodam promittens, quod quidquid per dictum suum procuratorem factum, dispositum et ordinatum fuerit, pro rato et grato retinere.

276. Strenuus dominus Paulus de Noszitlsko cum nobili domino Zemak iudice czechonoviensi in iudicio existentes receperunt eis diem concordie [2] inter hereditates Moxice videlicet sabbato proximo, cum uero ibidem nullum finem concordacionis receperint, extunc terminum coram domino duce primi adventus in Novacivitate debuit attemptare.

277. [3] Stiborius de Meschki recognovit se teneri nobili Boguslao de Ponyatouice septuaginta cum 1 grosso ad diem Nativitatis Marie uirginis proximum [4]

[1] *zyblakl.* [2] *zam.* granicies. [3] *All d.* [4] *so d.*

et persolvere, si autem ad tempus prefatum non solverit pretactam summam, extunc ad diem sancti Martini proximum octuaginta cum 1 grossos *(s.)* solvere se obligavit.

278. Petrus de Zarambi recognovit se teneri Stanislao [1]) kmetoni de Strzegoczino unam sexagenam monete communis ad diem sancti Nicolai proximum soluturas.

279. Famosa dominicella Gretha filia quondam domini Stiborii marschalci cum strenuo domino Stromilone de Bransko pro quinta porcione <medietatis> civitatis Szgerz et suis adiacenciis uel sortitibus wlgariter *sprziszatlky* habent terminum attemptare in terminis proximis generalibus ipsis asignatum.

280. *(f. 29.)* .... nomine fratris ipsius .... strenui nobilesque domini .... la de M....ka ab una et dominus [2]) Stiborius cum Greytha sorore sua, et Iohannes cum sororibus suis videlicet Olechna et Anna de Sanchoczino ab ab *(s.)* altera partibus pro omnibus causis ipsorum <citatis> et singulis habent terminum ad proximos terminos generales ipsis asignatum ita, quia Stiborius Greytham et Iohannes eciam duas predictas sorores suas in termino iam descripto statuere debent.

281. Domini iudices assedentes pro tribunali, presente domino principe, nobilem Mathiam de Strzesszewo ab Margaretha ipsius sororia liberum reddiderunt, prout ipsum citaverat pro hereditate Strzesszewo, et per consequens ipsam iure evasit <ad relata Sandkonis>.

282. Sentenciatum est per dominos circa dominum ducem residentes, quia honesta domina Gela de Gawlowo habet et debet residere in medietate porcionis Stanislai de ibidem bone memorie viri sui et cum area, cum omnibus utilitatibus in decem sexagenis monete communis tamdiu tenendam, quousque dicte Gele per illum, cui interest, pretacte decem sexagene fuerint persolute.

283. Zemak de Bandostowo t. nobili Boguslao de Ponyatouice unam sexagenam monete communis ad diem sancti Martini proximum sub totidem dampni soluturas.

284. *(f. 29 v.)* .... de Gzi 1 s. m. contra strenuum dominum Iohannem ..... [3]) Iohanni decem et septem sexagenas gr. monete capitalis et alias decem et septem sexagenas racione dampni in sex septimanis sub pena L soluturas.

285. Boguslaus de Sczepankowo stetit in termino deputato et peremptorio contra Przedborium *Rzebro,* stetit et paruit pro eo, quod eum citaverat pro uiolencia et ipse Przedborius non stetit, eciam pro hereditate Sczepankowo.

286. Ian de Chmelewo per suum procuratorem stetit in termino peremptorio contra Paulum conversum monasterii czirwensis pro verberacione kmetonis, quia eum Paulus citaverat, et solus non stetit.

287. Stanyo kmeto domini Nadmirii de Smolechowo ex decreto dominorum litteram de iudicio bannito de Plonsko contra strenuum dominum subiudicem wischegradiensem debet apportare pro eadem causa, pro <qua> hic agitur, quia ibi in Plonska *(s.)* fuit iudicatus, et hoc a terminis proximis per duas septimanas.

[1]) cum Paulo [2]) [3]) *szy wyblakłych.*

288. Exlizabet et Dorothea domine conthorales strenuorum dominorum *Rogale* de Wąngrzinowo cum famosa domina Helena Stromilonis de Brąnsko uxore habent terminos generales proximos pro causis, <quas> habiture sunt attemptare.

289. Domini decreverunt, quia kmeto Stanyo, qui de Danyschewo in Smolechowo recessit contra dominum subiudicem vischegradiensem de iudicio bannito plonensi debet litteram apportare, quia pro eadem causa, pro qua dominus subiudex hic egit, super eam est iustifica[tus] in eodem iudicio bannito in Plonska *(s.)*.

290. *(f. 30.)* [Fam]osa domina Helena conthoralis Stromilonis cum honesta ....[1]) nobilibus dominis Stiborio, Iohanni et ....[1]) pueris bone memorie Stiborii marschalci habent terminum peremptorium in terminis generalibus proxime celebratis pro bonis hereditariis Szgerz et aliis adiacenciis.

291. Domini decreverunt, quia strenuus dominus *Stromilo* ad instanciam domini Vernerii dapiferi vischegradiensis pro argento, pro quo super egit, non debet hic respondere, sed ibi, ubi residet mansione.

28.* Termini Novecivitatis feria sex[ta] in crastino Ascensionis domini millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram dominis iudice, subiudice et aliis zupariis [illegible].

292. Laurencius, Dobeslaus et Nicolaus heredes de Pąnthky coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt se teneri nobili domino Martino subiudici zacroczimiensi tres sexagenas monete communis ad diem sanctorum Petri et Pauli apostolorum proximum, alias tres sexagenas monete eiusdem ad diem sancte Margarethe proxime venturum soluturas, si autem non solverint ad dies prescriptos eidem domino subiudici summas memoratas, extunc racione dampni pro quolibet termino totidem solvere se obligarunt, simul cum pecunia capitali.

293. Laurencius, Dobeslaus et Nicolaus de Pąnthky recognoverunt se teneri nobili Ade de Kowaleuice octo sexagenas monete communis ad festum Nativitatis Christi proximum et soluturas, si autem non solverint, aut solvere neglexerint, extunc pro dampno totidem, quantum est de pecuniis capitalibus continetur *(s.)*, solvere se obligavit, et tenutam, quam Adam tenet ibidem in Pąnthky, usque ad diem Nativitatis eiusdem pacifice possidebit Adam memoratus.

294. *(f. 30 v.)* ...[1]) Martinus subiudex zacroczimiensis subintromisit se nobilibus Laurencio, Dobeslao et Nicolao de Pąnthky tenutam suam et Ade de Kowaleuice, quas tenent ibidem in Pąnthky cum iuribus suis, nichil pro se reservans, primo adventu domini ducis hic reformare omni dilacione procul mota.

295. Maczek de Osszek coram nobis publice recognovit se teneri nobili domino Petro de Osszek duas sexagenas cum duobus grossis monete communis a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem duorum annorum continue se sequencium et persolvere, si autem non solverit ad tempus prefatum easdem duas sexagenas cum II grossis, extunc quendam campum, wlgariter *nywą* ibidem in Osszek, prout inter se consignarunt post sepes, ad eundem Petrum perdet et ammittet eviterne et in ewm, et si quid superfuerit <terre>, quam hoc quod tenetur, extunc pro quolibet iugere terre ipse Petrus iam dicto Mathie $^1/_2$ sexagenam, quodcunque fuerint, debebit persolvere.

296. Maczek de Osszek coram nobis publice recognovit, quia nobili Falibogio de Rzebri fideiussit quinque sexagenas minus decem grossis ad diem Nativitatis Christi proximum soluturas sub pena I L ducatui cum honoratis, et sibi *pqucznadzesdze (s.)* paratis pecuniis.

297. Andreas de Szlubowo geometer constitutus personaliter publice recognovit, quia nobili Arnoldo de Kąthne t. quatuor sexagenas minus viginti grossis monete communis ad diem Nativitatis Marie proximum et palium bonum muliebre bene valentem persolvere et manicas sericeas, wlgariter *postawczowe* ad diem sancti Martini proximum, ceterum tres sexagenas monete ut supra ad Priviumcarnis proximum, et tunicam bonalm] wlgariter *szubą* ad aliud *(f. 31.)* [fe]stum Nativitatis Marie uirginis [gloriose post[1]) re]volucionem unius [anni] ab eodem festo .....[1]) Nativitatis solvere et dare se obligavit, si autem predictas summas pecuniarum causa vestimentorum ad terminos descriptos idem Andreas iam dicto Arnoldo non solverit, extunc in quolibet terminorum pro dampno tantum, quantum est de capitalibus debitis, solvere una cum pecunia capitali obligavit.

298. Zdzeslaus *Godacz* I s. m. contra Iohannem Vączkouicz opidanum Novecivitatis, et sibi Iohanni V$^1/_2$ grossum in duabus septimanis sub L

299. Domarath de Zalesze d. testes pro infamia contra ducatum: Falibogius de Rzebri, Nicolaus de ibidem, *Lada* cum Ianussio de Kąnsze, Barzim cum Mathia de Galąnski. Rotha: *„Iakoya to wem, eze Domarath nyecradnye w xąuszcy szemy."*

300. Dominus Dzetrzich procurator zacroczimiensis I s. m. contra Lubam de Roszan pro quinquaginta et II grossis, quos in sex septimanis solvere sub pena L t.

301. Mroczek de Smirdzigrochi d. testes contra Troyanum de ibidem, Ian de ibidem, qui interfuit, Faląnta de ibidem eciam interfuit, Vitek de Borze, Petrus *Ladzicz,* Mathias de Rzebri. Rotha: *„Oktori dąmb szalowal namo Troyan, thenem ya porąmbil sgeo (s.) volą"*. Testes: *„Iakom ya przitem bil"*.

302. Racibor de Rzebri I s. m. contra Boguslaum de Ponyatouice.

303. Ian *Kozel* de Brolino recognovit se teneri nobili Daczbogio de ibidem centum grossos <cum sex grossis> communis monete ad diem Priviicarnis proximum sub pena L ducatui et sibi *pqcznadzeszcze* promptis pecuniis soluturos.

304. *(f. 31.)* .....[1]) Iaus[z]ek de Rostłki [subintroiisit se][1]) Vernerio clapifero vischegradiensi tres sexagenas pro iure terrestri in sex septimanis sub pena L persolvere, et sepes, casas, allodium in officium Przibislai, secundum cursum terre, adimplere sub eadem pena L pro Iohanne kmetone de Latonice.

305. Dominus Nadmirus cum Petro kmetone pro subsidio terminum habent attemptare coram domino duce hic sui secundi adventus secunda die, et eundem kmetonem domini liberaverunt de alio iure terrestri, scilicet sexagena surgibili censu, sepibus, casis, allodio et ceteris attinentiis sic, quod de cetero ipsum kmetonem non perturbet pro eisdem.

306. Dominus Nadmirus de Smolechowo I L contra Andream de Obramb, quia noluit mittere kmetonem ad caucionem fideiussorialem, et sibi Andree *pqcznadzeszcze* composicionem in sex septimanis sub pena.

[1]) *Lücke.*

307. Ingeniosus dominus Iohannes *Poczthe* de Zdziwy coram nobis publice recognovit, quia nobili domino Nadmirio de Lowczewo t. quinque sexagenas monete communis ad diem Priviicarnis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se obligavit et in Przasnisch respondere se subintromisit.

308. Falislaus de Slunczewo recognovit se teneri domino Nadmirio de Lowczewo unam sexagenam monete communis ad diem Priviicarnis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc aliam sexagenam pro dampno solvere se obligavit.

309. Przedbor de Rzebri III LLL contra Boguslaum de Sczepankowo pro violencia domus, quam sibi intulit.

310. *(f. 32.)* Andreas *Stopka* I L contra Mathiam de Kandzerzauice pro recepcione vio[lenti se]pium et casarum.

311. *Szmara* d. testes contra Andream *Stopkam,* videlicet Florianum de Chmelewo, Marcissius *(s.)* de Clukowo. Rotha: *„Iakom ya zaplaczil Ondrzeyewi szetmy kop viprawy a ossmą possagu“.*

312. *Szmara* de Godacze recognovit se teneri Andree *Stopka* septem sexagenas a Conductu Pasce proxime preterito per spacium seu revolucionem duorum annorum persolvere sub pena ducatus et hoc pro dotalicio.

313. [1]) Coram me Silamo iudice zacroczimiensi nobilis Falislaus de Pyanowo personaliter constitutus publice recognovit, quia nobilibus Daczbogio, Iohanni et Marcissio suis filiastris de ibidem porcionem ipsius hereditatis, quam habet, dat et contulit et resignat perpetue et in ewm, excepta area cum domibus et pomerio, prato ad eandem aream pertinentis *(s.)*, et agris, que iacent post divisionem Voyslai ibidem, que omnia ad tempora vite sue pro sua utilitate excipit, sed post decessum sue vite ad eosdem Daczbogium, Iohannem et Martinum hec omnia cadere debent, sed racione tanti favoris prefati Daczbogius, Iohannes et Marcissius iam dicto Falislao duas sexagenas ad diem sancti Bartholomeii, duas sexagenas ad festum sancti Nicolai et alias duas sexagenas monete communis ad diem Pasce proxime venturos solvere sint astricti et nichilominus obligati, cum autem easdem pecunias unus, aut aliquis ipsorum divisim solvere neglexerint, extunc in penam ducalem incident, hac eciam solucione completa prefati nobiles sui filiastri prefato Falislao in quolibet festo sancti Petri apostoli, usque ad tempora vite ipsius Falislai solvere sunt obligati [2]) quilibet eorum decem grossos persolvere.

314. *(f. 32 v.)* ... [3]) de Gutti citans nobilem Mathiam de Rzebri pro... [3]) patris sui solus in termino non stetit, ideo causam suam perdidit et ammisit.

315. Dominus Stanislaus subthezaurarius domini ducis Boleslai per suum procuratorem ammonuit terminum habere contra Iohannem de Mazowo, pro eo quod scabinos debuit inducere et non duxit *(s.)* super Petrum kmetonem de Latonice, et ipse Iohannes neque scabini steterunt.

316. Florianus de Chmelewo, existens procurator notarii lompzensis nomine Thomas, coram nobis expressit, quia nullam perpetuitatem in Godacze in porcione Anne et Margarethe assero et propono habere, sed terminum obligacionis.

[illegible]

29.* Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato ipso die sancti Stanislai episcopi et martiris gloriosi coram Stanislao de Roschkowo. Allexandro de Grąmpczewo. Iacussio Corziby et ceteris officialibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 8 maii.).*

317. Petrus de Michowo 1 s. m., quia noluit respondere in iudicio.

318. Cristinus de Sobanice 1 L contra Iohannem de Gawarzecz ob non solucionem pecuniarum iure acquisitarum.

30.* Acta in Novacivitate feria quarta infra octavas Ascensionis domini sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 12 maii.).*

319. [1]) Dominus dux decrevit scribere, qualiter nobilis Stanislaus de Roschkowo existens procurator domini Zemak iudicis czechonoviensis coram domino duce recognovit, quia, quacunque strenuus dominus Paulus de Noszitlsko equitavit, wlgariter *zagechal (f. 33.)* [in]ter hereditates Moxice et .... illic erit domini Pauli ad partem suam, et domini Zemak Zemak *(s.)* ad .... partem incipiendo transitum a [2]) quercu dicto *Pogorzali,* et dominus Zemak sibi domino Paulo dat [3]) qua equitavit.

31.* Acta in Zacroczim sabato in vigilia Pentecosten sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram dominis Martino subiudice. Dzetrzich procuratore zacroczimiensibus *(1434, 17 maii.)*

320. Petrus de Zarąmbi constitutus coram nobis constitutus *(s.)* personaliter publice recognovit, quia nobili Iohanni Falańczicz de ibidem dimidiam terciam sexagenam cum septem grossis monete communis ad festum Nativitatis Christi proximum t. sine dilacione persolvere.

321. Vincencius de Zaluski 11 LL contra pueros Henrici bone memorie de ibidem ob non solucionem vadimonii aquisiti.

32.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum Pentecosten sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram dominis Silamo iudice. Dzetrzich procuratore zacroczimiensibus ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus *(1434, 21 maii.).*

322. Troyan de Szmirdzigrochi 1 L contra Mroczeslaum de ibidem.

323. Jan de Crziszczki debet arbitros <statuere> contra Swanthoslaum de ibidem: primus Ian *Dząnczol* de Pnyewo, Nicolaus frater suus de ibidem, Bartholomeus de ibidem, qui arbitri debent sub iuramento recognoscere, quia per nostras manus Swanthoslaus Iohanni debuit dare et solvere.

324. *(f. 33 v.) [Szm]ara* de Godacze publice recognovit [Ia]szczoldo de Virziki [quia] t. unam sexagenam monete communis ad diem sancte Margarethe proximum sub totidem dampni soluturas et pratum quendam sibi Iaszczoldo anno presenti quidquid voluerit dare debebit.

325. Nyemerza 1 s. m. contra iudicium, quia noluit respondere.

326. Albertus de Pąnthki 1 L contra nobilem Adam de Kowaleuice et sibi Ade tres marcas pro verberacione kmetonis in sex sex *(s.)* septimanis sub pena L soluturas. [4])

327. [5]) Swantoslaus de Krziszczki debet inducere nobilem Daczbogium

[illegible]

... Glodowo contra Iohannem de Crziszki sub iuramentto *(s.)*, quia [2]) presens fuit, quando Swanthoslaus Iohanni dabat XII grossos die deputato.

328. Nyemerza de Gora d. testes contra nobilem Mesczantham de Glodowo: primus Venceslaus de Stpice, 2-us Zdzeslaus de ibidem, 3-us Budek de Golambye, 4-us Zemk de Stpice, 5-us Ian de Chmyelewo. Rotha: *„Csom vczinil* [3]*), tho za gego poczqthkem, kedi namyą nosza ponknql.“* Testes: *„Iakoya to wem“*.

329. Nobilis Mroczeslaus de Meschki coram nobis constitutus personaliter publice recognovit, quia nobili Ade de Kowaleuice duas sexagenas monete communis in una septimana post primum in Novamcivitatem adventum domini ducis nostri graciosissimi soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se ... vit.

330. Nobilis Egidius advocatus de Sobyeszczki publice recognovit, quia sibi nobiles Falanta et Iacobus de Gydzikovice [4]) tres sexagenas, quas habuit supra in libro inscriptas, ad festum Pasce unam et in festo Pentecosten duas sexagenas, prout se obligaverant, persolverunt.

331. *(f. 34.)* ....n de Prussinouice 1 s. m. contra Falislaum de Virziki.

332. Albertus de Stpice 1 s. m. contra Iohannem preconem Novecivitatis pro investicione.

333. Domini decreverunt, quia, prout ex sentencia iudiciali Stanyo kmeto de Smolechowo adversus strenuum dominum subiudicem wischegradiensem litteram de iudicio bannito plonensi debuit hodie apportasse nec ipsam apportavit, idcirco super eodem Stanyo domino eidem subiudici ius terrestre de thaberna complere adiudicavimus, in quo residebat ibidem in Danyschewo, et hoc secundum cursum terre debet adimplere sub pena L.

73. Feria quarta in vigilia sancti Martini episcopi venerandi etc. coram domino subiudice etc. *(1434, 10 nov.)*.

732. Vidimus *Slomam* iudeum, tamquam procuratorem May iudei de Vischegrad super et contra Dzetrzich de Swirzcovo, et Dzetrzich non stetit nec aliquis terminum dilatavit pro caucione fideiussoria pecuniarum.

733. Idem Dzetrzich contra eundem May *nestane*.

734. *Wsczele* de Sobanycze contra iudeum May *nestane*, quia non stetit in termino assignato.

74. Termini zacroczimienses sabbato proximo post festum sancti Martini sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram dominis Silamo iudice et Martino subiudice zacroczimiensibus *(1434, 13 nov.)*.

735. *(f. 67.)* Allexander de Sobanice nobilem Florianum de Zdunowo constituit in ipsius verum ac legittimum procuratorem in omnibus causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis cuiuscunque status extituerint, dans dicto suo procuratori facultatem omnimodam citandi, agendi, respondendi omnia et singula faciendi, uti solus propria in persona faceret, cum [9]) talibus interesset.

736. Dominus Zemak iudex czechonoviensis coram nobis personaliter

---

[1]) s Sankoncem *d.* [2]) de *a* [3]) obi *a* [4]) v *vezisk* vsulka. [5]) sibg tus *d.* [6]) prefatus *d.* [7]) *dalej zapiska niedokończona:* Arnoldus procurator Stromilonis. [8]) pro *d.* [9]) *eam.* si.

constitutus nobilem Florianum de Zdunowo constituit in suum verum ac legittimum procuratorem contra et adversus quascunque personas pro omnibus causis, ita quod ipse Florianus poterit citare, agere, respondere omnia et singula facere, uti solus dominus Zemak facere posset, cum talibus interesset.

75. * **Acta in Zacroczim feria secunda <proxima post festum sancti Martini> in presencia domini ducis et dignitariorum suorum sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o** *(1434, 15 nov.).*

737. Nobilis Stanislaus de Trąpki constitutus personaliter coram nobis publice recognovit, quia nobili Paulo de Gzi quindecim sexagenas <communis> a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem unius anni videlicet ad aliud festum Nativitatis Christi t. persolvere, et alias quindecim sexagénas monete communis a festo Nativitatis Christi proximo per spacium duorum annorum videlicet ad tercium festum Nativitatis eiusdem persolvere, si autem non solverit aliquam summam ad aliquod festum Nativitatis eiusdem, extunc in quibuslibet quindecim sexagenis duos kmetones[1]) *(f. 67 v.)* cum mansis possessis[2]) in Trąpki eidem Paulo obligavit cum effectu, et si finaliter quindecim sexagenas tempore ultimo non solverit, extunc litteram domini ducis idem Stanislaus super quatuor mansos domino Paulo eidem debet extradere (?).

738. Dominus dux cum suis dignitariis sentenciavit, quia Przeszmir cum Falislao de Squari, uno manso pro se recepto, quem emerunt apud ipsorum patrem ibidem in Troski, debent dividere residuitatem hereditatis ibidem in Troski tocius porcijonis ipsorum patris in partes equales cum nobili Katherina, sibi porcionem, qua ad ipsam pertinet, dando ad spacium sex septimanarum sub pena L, et in Squari sibi recognoverunt porcionem, sed ipsa Katherina exemens de obligacione suam partem habebit hereditatis Squari.

76.* **Termini in Novacivitate feria quarta infra octavas sancti Martini Confessoris gloriosi in presencia domini ducis sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o** *(1434, 17 nov.).*

739. Dominus Zemak iudex czechonoviensis contra Iohannem de Moxice a die data presencium in quatuor septimanis in campo debet iuramentum prestare.

740. Iohannes *Kukelka* II LL contra dominum Zemak iudicem czechonoviensem propter recepcionem frumentorum violenter.

741. Nicolaus *Gayusch* procurator makouiensis contulit causam suam wlgariter *przą* Iohanni preconi contra Andream geometrem de Szlubowo pro duabus sexagenis.

742. Dominus Paulus de Noszitlsko debet stare coram domino duce, quando ex illa parte Visle, hic contra Iohannem de Zalesze pro[3]) cuiusdam littere expedicione.

77.* *(f. 68)* **Termini Novecivitatis feria quinta in octava beati Martini confessoris gloriosi coram domino Silamo iudice et ceteris officialibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o** *(1434, 18 nov.).*

743. Meroczeslaus *(s.)* de Rzebri recognovit se teneri nobili Ramoldo de ibidem tres sexagenas cum XV grossis monete duabus septimanis ante festum Nativitatis

[1]) *zapiska do końca strony jest wykreślona, lecz odmiennym atramentem, zdaje się w czasie późniejszym.* [2]) cc *d.* [3]) q *d.*

Christi proximum soluturas, si autem non solverit ad tempus prescriptum, extunc sex acerwos siliginis, quos inter se consignarunt foro habito, ad eundem Ramoldum perdet et ammittet omni sine recusacione; quosquidem acerwos ipse Mroczeslaus ad tempus illud solucionis non audebit tangere nec triturare seu alicui vendere nec prius eidem pecuniam in toto persolvat.

744. Mscislaus de Brodowo coram nobis personaliter constitutus publice recognovit se [1]) teneri nobili Andree de ibidem tres sexagenas cum viginti grossis monete communis a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem unius anni solutas, si autem non solverit eandem summam ad tempus prefatum, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit, ceterum idem Mscislaus t. eidem Andree quatuor sexagenas cum viginti grossis monete, ut sibi a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem [2]) annorum duorum persolvere tenetur, sin uero non solverit, extunc eciam totidem dampni, quantum est de pecuniis capitalibus, solvendum se obligatur; et in eisdem pecuniis tam capitalibus, quam eciam dampnosis, porcionem totam eiusdem Mscislai hereditatis in Brodowo prefatus <nichil pro se reservans> Andreas tenebit, habebit tamdiu, quousque sibi Andree per ipsum Mscislaum, aut cui interest, predicte pecunie summa fuerit plenarie persoluta.

745. *(f. 68 v.)* Marcissius de Szmirdzigrochi solvit Iohanni de Mirzenecz quatuor coretos siliginis, quos supra habet inscriptos in libro.

746. [3]) Nemerza de Szmirdzigrochi coram nobis constitutus personaliter publice recognovit, quia nobili Laurencio de ibidem porcionem hereditatis ipsius totam ibidem in Szmirdzigrochi, nichil pro se reservans, cum omnibus utilitatibus in quinque sexagenis monete communis a festo sancti Martini proxime preterito obligavit cum effectu, elapsis siquidem duobus annis, si idem Nemerza eandem suam porcionem hereditatis a dicto Laurencio non exemerit, extunc prefatus Laurencius eandem obligacionem tenebit pacifice que possidebit de anno ad annum, videlicet a festo Nativitatis Christi ad aliud festum Nativitatis eiusdem, tamdiu quousque sibi Laurencio dicte pecunie summa fuerit plenarie persoluta, et littera domini ducis super negocio isto debet haberi.

747. [4]) Stanislaus de Szmirdzigrochi personaliter constitutus publice recognovit, quia totam porcionem hereditatis ipsius ibidem in Szmirdzigrochi, nichil pro se reservans, cum omnibus utilitatibus nobilibus Brzenkoni cum Laurencio de ibidem in quinque sexagenis monete communis a festo sancti Martini Martini *(s.)* proxime preterito obligavit cum effectu [5]) per revolucionem duorum annorum; elapsis quidem duobus annis, si idem Stanislaus eandem porcionem non exemerit, extunc prefati Brzenk cum Laurencio eandem porcionem tenebunt, habebunt ita diu, quousque [6]) eis predicte quinque sexagene fuerint plenarie persolute, videlicet a festo Nativitatis Christi usque ad aliud festum Nativitatis eiusdem, et littera domini ducis recipiatur super talem obligacionem.

748. Andreas Geometer t. Nicolao *Gayusch* procuratori makoviensi duas sexagenas communis monete in sex septimanis sub totidem dampni et sub pena L soluturas.

[illegible] grochi. [5]) elapsis siquidem *d.* [6]) sibi *d.*

749. Petrus kmeto per suum procuratorem stetit dicens, quia dominus Nadmirus scabinos debet statuere contra me pro verberacione, et ipsum Nadmirium cum eisdem scabinis non vidimus.

750. *(f. 69.)* Staschek de Zaromino 1 s. m. contra iudicium, quia ante meridiem non stetit, et aliam 1 s. m. contra Iohannem de Osszek.

751.[1]) Petrus cum Stephano de Slubowo coram nobis publice recognoverunt, quia nobili Andree patri suo hereditatem Stawiska nuncupatam resignaverunt cum effectu de eadem se abrenunciantes, quod nichil ad eandem volunt peramplius habere, racione cuius bonitatis eciam Andreas prefatos Petrum et Stephanum dimittit liberos de expedicione Stachne et Anne wlgariter *owiprawyenye* sororum ipsorum, ad quam desponsacionem seu expedicionem prefati Petrus et Stephanus[2]) minime teneantur, sed solus Andreas prefatas filias suas debet desponsare de suis bonis propriis et non illorum. Ecciam prefati Petrus et Stephanus eandem hereditatem debent resignare coram domino duce, quando eos ammovebit, et privilegium super eandem prefati Petrus et Stephanus restituere obligantur.

752. Andreas Geometer t. Stephano filio suo tres sexagenas minus X grossis ad festum sancti Iohannis Baptiste proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem paratis pecuniis solvere se obligavit, videlicet tam pecuniam capitalem, quam etiam dampnosam.

753. Nobilis Katherina de Stpice d. testes contra Andream de ibidem: primus *Bogathko* de Chmelewo, 2-us Adam de Brolino, 3-us Andreas de Mazouo, 4-us Bartholomeus de Rosthki, 5-us Miczek de Szwirczewo. Rotha: *„Cso Voyczech oral, tho moya koznya nyerozdzelona dzedzina“.*

754. Idem domina contra eundem d. testes: Venceslaus de Stpice, Paulus de Meschki. Rotha: *„Oktora*[3]) *kopą <czwartą> szita szalowal Ondrzey namo, thom ya brala swe ale negego“.* Testes..

755. *(f. 69 v.).* Nicolao de Panthki ante duabus septimanis terminus contra Boguslaum fuit dilatatus; hodie Boguslaus paret, ille autem Nicolaus non facit termino satis.

756. Zauissio de Kapyce contra strenuum dominum Dobrogostium castellanum warschoviensem ante duabus septimanis terminus fuit dilatatus, hodie vero dominus Dobrogostius termino paruit in eodem, et ipse Zauissius in alio termino non stetit neque sibi aliquis terminum dilatavit.

757. Stanislaus de Zaromino d. testes contra Nicolaum kmetonem de Zaromino: primus Michall de Szmirdzigrochi, 2-us Falk de ibidem, 3-us Mroczek de ibidem, 4-us Przeczslaum *(s.)* de ibidem, 5-us Voyczech de ibidem. Rotha: *„Iakom ya nyeprzelomyl Micolayowa plota, anym popasl yego vszitkow szilą.* Testes.

758. Paulus de Mazowo recognovit se teneri nobili Michaeli de Borze viginti cum III $^1/_2$ grossos ad festum Nativitatis Christi proximum et duas sexagenas minus[4]) grosso communis monete ad diem Pasce proximum soluturas, si autem non solverit aliquam summam ad aliquod tempus prescriptorum, extunc racione dampni in quolibet tempore solucionis totidem et penam quinquagenalem solvere se obligavit.

---

[1]) *n. r. d.* [illegible] [2]) *sam.* Andreas. [3]) *ko a.* [4]) *sam.* cum II $^1/_2$

759.[1]) Zdzeslaus de Godacze *1 nestane* contra Adam de Brolino.

760. *Przesdoma* cum fratribus germanis de Gawalowo *(s.)* debuit casas seu domos de ipsius area <Gele> deponere ad spacium[2]) seu diem Pentecosten proximum et porciones suas ad eandem aream spectantes sibi dividere sub pena L, et si alique case essent circa ipsius Gele maritum, non debent eas tangere.

761. *(f. 70.)* Strenuus dominus Dobrogostius castellanus warschoviensis constituit in omnibus suis causis tam magnis quam eciam parvis nobilem Pelcam de Popelszino in suum procuratorem contra omnes personas, dans dicto suo procuratori potestatem omnimodam citandi, agendi, respondendi, uti solus interesset presens.

762. Vitus de Gorki VIII LLLLLLLL contra Paulum de ibidem.

78.* Termini czechonovienses sabbato in crastino sancte Elisabeth uirginis gloriose coram Floriano de Zdunowo et Allexandro de Grąmpczewo sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 20 nov.).*

763. *Wsczele* de Sobanice 1 s. [m.] contra Iohannem de Gawarzecz.

764. Stanislaus de Trąpki recognovit se teneri nobili Marcissio de Brodi quatuor sexagenas monete communis ad diem sancti Petri apostoli proxime futurum soluturas, si autem non solverit ad tempus prefatum, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

765. Accio. Raczibor kmeto egit contra Iohannem de Sarbyewo hiis uerbis: „ago super Iohannem, quia veniens in domum meam violenter intravit in granarium meum, aperiens meam cistam, recepit butirum, caseos, panes et ceteras res, et in hoc pono dampni unam sexagenam“, et Iohannes respondit, quod hoc nunquam fecisset.

766. Sdzeslaus de Kurzanthkowo 1 s. m., quia ante prandium iudicio se non ostendit.

767. *(f. 70 v.).* Nemerza de Sloschewo 1 s. m. contra Iohannem de Sarbyewo.

768. Stanislaus de Postrusze 1 s. m. contra procuratorem de Ieszewo.

769. Dominus Nemerza de Sloszewo contulit causam suam, wlgariter *przą* nobili Iacussio *Korziby* adversus Sassinum et suum fideiussorem pro iure terrestri.

770. Item Raczibor kmeto egit super Iohannem de Sarbyewo: „ago super Iohannem, quia veniens in domum meam cum armis accuttis fugavit me et de domo me pepulit, si non fugissem, interemptus per eum essem, et post hoc inceperat se in domum meam transferre wlgariter *prowadzicz*, et ob hanc iniuriam ab eo recedo. Iohannes per suum procuratorem interrogavit, quando hoc fecerat, ipse Raczibor dixit, quia antequam fui caucionatus.

771. Swanthoslaus de Skarzino hodie stetit dicens, quia habeo terminum peremptorium cum honorabili decano plocensi, et coram domino duce steti, secundum quod mihi fuit datum, et procurator eiusdem decani, quamvis obiit, non stetit neque aliquid in hac causa fecit.

772. Strenuus dominus Stiborius de Colozamb III LLL contra dominum Stromilonem, pro eo quod sibi bona non expedivit secundum iurisdicionem.

---

[1]) Adam *d.* [2]) pe *d.*

79.* Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancti Andree apostoli coram domino Martino subiudice zacroczimiensi sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 27 nov.)*

773. *(f. 71.)* Laurencius kmeto debet reformare casas, in quibus residebat, et sepes, et alia iura tempore suo sub pena L Swanthoslao in Yanowo.

774. Goworek de Naborowo d. testes contra Iachnam de Virziki: primus Zemak de Zdunowo arbiter, 2-us Ian de Vilami, 3-us Florianus de Zdunowo, 4-us *Grzimala* de Smoli, 5-us Nicolaus *Mros* de Voyni. Rotha: *„Oktorą szemo szalowala Iachna namyą, otha moya*[1] *macz sgey maczerzą vgednana, esz <gey> nyemyala dzelycz*[2] *pyrwey, alyssz bi poloszila oszmy kop.“*

775. Idem d. testes contra eandem: primus Ianek de Zdunowo, 2-us Nicolaus *Borzimowicz* de Zaluski, 3-us Mscischek de Naborowo, 4-us Staschek de ibidem, 5-us Andreas Vnyeslai de Zaluski. Rotha: *„Oktore bidlo Iachna szalowala namo, tego vmnye nye, anygo dzirszą szilą“.*

776. Ian de Przibororuice 1 s. m. contra Iohanem *Vverzuchowski.*

80.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum sancti Andree apostoli sub anno domini millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram domino iudice et ceteris zupariis. *(1434, 2 dec.).*

777. Dobek de Slunczewo 1 s. m. contra Iohannem de ibidem.

778. Nicolaus de[3] Rosthki 1 s. m., quia bina vice venerit cum amicis ad iudicium.

779. *(f. 71 v.)* Florianus de Chmelewo 1 s. m. contra Adam de Kowaleuice.

780. Andreas *Koszicza* 1 L contra Vitowa de Iableczniki[4].

781. Voyczech de Iableczniki 1 s. m. contra Simonem filium advocati de Psuczino.

782. Andreas *Koszicza* luit penam furticinii contra Vitum de Iableczniki.

783. Passzek de Mazowo recognovit, quia *Zaloga* et Iohannes de Slunczewo fideiusserunt Petro de ibidem, quod Iachna uxor Iohannis de Mazowo prima via adventus domini ducis hic in Novacivitate debet et t. medietatem sui dotalicii in Sulnikowo in quatuor sexagenis monete communis af esto Nativitatis Christi uno usque ad aliud festum Nativitatis eiusdem resignare, et de singulis annis de anno ad annum tenendam, si autem prefatus Paulus eandem Iachnam uxorem Iohannis eodem adventu domini ducis primo in causa resignacionis non statuerit, extunc ipse Paulus in Mazowo unum mansum terre ipsius, qui ad ipsum pertinet circa granicies et metas Stanislai, ad eosdem *Zaloga* et Iohannem perdet eviterne et in ewm.

784. Zdzeslaus de Godacze d. unum testem contra Szmaram de ibidem, videlicet Albertum de ibidem. Rotha: *„Iakomnye Szmara nyezaplaczil kopi ziskaney“.* Testis: *„Iakoya to wem, eze Szmara nyezaplaczil“.*

785. Dorotha de Meschki 1 s. m. contra dominum iudicem pro memoriali.

786. *(f. 72.)* Iohannes *Przesgacz* 1 s. m. contra Ioh[annem] *Dzanczol* et sibi Iohannes LXX grossos minus quatuor grossis [communis monete], quos docuit

[1] *sme*, erba ma va — [2] *szme* namą szalowacz. — [3] Sq. *d* — [4] Simon de Dambe d. [illegible] contra *I* *Mosi* [illegible] Voyczech 1 grossum michi.

scabinis.....[1]) in duabus septimanis soluturas sub pena L, et Iohannes preco easdem sexagenarum pecunias potens erit fevare et facere ius ex parte *Dzanczol* pro eisdem.

787. Andreas[2]) *Koszicza* <cum Paulo> de Chmelowo per unum *nestane* contra[3]) Martinum opidanum de Novacivitate.

788. *Rosboy* de Borze recognovit se teneri Stanislao de Szaromino tres sexagenas minus X grossis ad diem sancti Iohannis Baptiste proximum soluturas sine dilacione quavis.

789. Egidius de Gidzikouice necnon advocatus de Sobeszczki coram nobis publice recognovit, quia pudice Anne filie Egidii bone memorie de ibidem centum grossos cum VIII grossis pro bonis mobilibus, que pro sua utilitate committit, persolvere, cum voluerit prefata Anna, obligatur.

81.* Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Nicolai confessoris venerandi coram dominis Velislao subiudice ceterisque officialibus in iudicio in Zacroczim presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o. [illegible]

790. Stanislaus et Iohannes de Postraszo per 1 s. m. contra [illegible] de Ieszewo.

791. Pueri domine Leonis 1 s. m. contra Falisllaum].

792. *(f. 72 v.)* .... de Proskowo 1 *nestane* contra stiborium de Colozamby, quod (?) ante.....[4]).

793. Iohannes de Kurzanthkowo 1 s. m. contra Nemerzam de Slosszewo et sibi Nemerze novem grossos pro censu domini ducis in duabus septimanis et $^1/_2$ sexagenam racione pene in sex septimanis sub pena L soluturas.

794. <Stanislaus et Iohannes per 1 s. m. contra procuratorem de Ieszewo ob non solucionem debiti acquisiti>.

795. Ian de Sarbewo II s. m. contra Nemerzam de Slosszewo.

796. Santor advocatus de Radzikowo 1 L contra Ianussium de Ianusszewo ob non solucionem debiti aquisiti.

82.* Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancte Lucie uirginis gloriose sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram domino Martino subiudice zacroczimiensi. [illegible]

797. Paulus de Popelszino 1 s. m. contra Iohannem de Blądowo et sibi Iohanni t. XV grossos in 4-or septimanis sub pena L.

798. Quia prout Iachna conthoralis Bronissii de Virziki nobilem Goworkonem de Naborowo pro bonis mobilibus quatuor sexagenarum, videlicet pro peccoribus, citaverat et <egisset>, tandem idem Goworek cum iuramento proprioque testium se iustificavit, quod nichil circa se de ipsis peccoribus haberet neque ipsam violenter retineret, ideo eundem Goworkonem pro tali causa reddimus pacificum et benivolum.

799. Pueri domine Leonis 1 s. m. contra Albertum de Zarąmbino.

800. *(f. 73.)* Dominus Sassinus de Vichucz II LL contra Albertum et Ratiborium de Zarambino ob non investionem *(s.)* in bona hereditaria.

83.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum sancte Lucie uirginis gloriose sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o coram domino subiudice ceterisque officialibus. [illegible]

[illegible]

801. Ian de Rzebri recognovit se teneri Paulo de Komori racione fideiussionis duas sexagenas communis monete in medio quadragesime proxime venturo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

802. Ian *Kozel* 1 s. m. contra Szmaram de Iableczniki et sibi XV grossos in sex septimanis sub pena L.

803. Iacobus de Pąnthki coram nobis constitutus personaliter publice recognovit, quia tenutam suam ibidem in Panthki, quam a domino Martino subiudice zacroczimiensi habuit, in possessionem seu obligacionem cum omni iure suo, nichil pro se reservans in eodem, nobili Laurencio de ibidem in octuaginta grossis communis monete a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem unius anni obligavit tenendam, si uero non solverit ad eundem tempus seu non exemerit, extunc prefatus Laurencius eandem tenutam tenebit a festo Nativitatis eiusdem usque ad aliud festum Nativitatis Christi, videlicet de anno ad annum tamdiu, quousque exemerit.

804. *(f. 73 v.)* Nicolaus alias *Bogathko* de Iableczniki recognovit se teneri nobili Andree de ibidem duas sexagenas communis monete ad festum Pasce proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere [illegible] obligavit.

805.[1]) Maczey de Mazowo 1 s. m. contra Andream suum patrem.

806. Florianus de Chmelewo et Czczey de Gorki fideiusserunt nobili Swanthoslao de ibidem, quod Iacussius Sulkouicz, Stephanus, Passzek fratres germani, Dorothea, Thochna, Iachna, Pechna, Katherzina, Margaretha sorores eidem Swalnjthoslao pro hereditate, pro qua super ipsum Iacussius egit, pacem eviternam debent dare.

807. Thomkowa de Dzeczi luit penam furticinii in toto contra Vitum de Chmelewo.

808. Voytek de Panthki luit penam furticinii totalem contra ducatum, et pater suus eum fideiussit.

809. *Maysima* de Pąnthki luit penam furticinii in toto contra ducatum.

810. Vitus de Rzebri obligavit totam porcionem suam hereditatis ibidem in Rzebri et cum area, nichil pro se reservans, in quatuor sexagenis communis monete nobili Ramoldo de ibidem, et ipse Vitus apud eundem Ramoldum duos boves suscepit in colonatum et tamdiu debet esse ipsius colonus, quousque ab ipso suam porcionem exemerit.

811. *(f. 74.)* Maczey Morri 1 s. m. contra Zbroslaum de Vinnicza.

812. Albertus de Stpice 1 s. m. contra Zalogam de Slunczewo.

813. Nicolaus *Bogathko* 1 s. m. contra Szmaram de Iableczniki, et sibi *Szmarze* idem Nicolaus de sua porcione hereditatis ibidem in Chmelewo[2]) debet cedere eviterne et in ewm, nichil pro se reservans in eadem, quam super eo iure acquisivit, quam nos eidem *Szmarze* eviterne adiudicavimus.

814.[3]) Mroczeslaus de Rzebri 1 s. m. contra Falibogium de ibidem pro debitis, et sibi Falibogio <t.> centum grossos minus II grossis in sex septimanis.

[illegible] *scr.* Iableczniki [illegible] 1 *m. l. dod.* Rzebry.

815. Ian de Zalesze solvit sex [1]) sexagenam *(s.)* monete communis de illa <littera>, in qua continentur decem et novem [2]) sexagene, satisfaciendo nobili domino Paulo de Noszitlsko, quam Albertus suus familiaris uti procurator totales recepit.

816. [3]) Adam de Panthki recognovit, quia nobili Laurencio de ibidem suam tenutam ibidem in Panthki, quam a domino Martino subiudice habuit in obligacionem in octuaginta gr. monete communis, a festo Nativitatis Christi proximo per revolucionem unius anni obligavit, si autem non exemerit, extunc idem Laurencius tenebit de anno ad annum, videlicet ab uno festo Nativitatis Christi, usque ad aliud festum Nativitatis eiusdem cum omnibus utilitatibus tamdiu, quousque per ipsum Adam uel suos successores dicta summa fuerit plenarie persoluta.

817. *(f. 74 v.)* Ondrzey alias *Szodrak* et frater suus Paulus de Dzeczi per 1 *nestane* contra Martinum *Mądrawa* de Novacivitate.

818. Iacussius de Kathne recognovit se teneri nobili Arnoldo de ibidem duas sexagenas minus X grossis communis monete [4]) communis *(s.)* a die Priviicarnis proximo per revolucionem unius anni soluturas pro equo, si autem non solverit, extunc postea ad diem Pasce proxime venturum duas sexagenas cum X grossis foro tenebitur persolvere.

819. *Bilicza* coram nobis posuit $^1/_2$ sexagenam [5]) et quatuor coretos siliginis Iacobo de Gosczino, et Iacobus non fuit, racione fideiussionis pro Martino kmetone.

820. Mroczeslaus de Kandzerzauice recognovit, quia prout Iohannes de Pyanowo pro ipso Iohanne *Dzanczol* quinque sexagenas communis monete ad festum sancti Martini proxime preteritum fideiusserat, prout hoc ipsum in libro supra habetur, hoc ipsum Mroczek eundem Iohannem promittit liberare, quodcunque dampnum a *Dzanczol* habuerit, hoc erit Mroczeslai totum.

84.* Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato Quatuor temporum ante festum sancti Thome apostoli coram Floriano de Zdunowo. Allexandro de Grąpczewo. *(1434, 18 dec.).*

821. Iohannes de Szlepewroni scabinis approbavit super Stephanum kmetonem, quia sibi nullam iniuriam fecit, prout ipsum kmeto idem citaverat; ecciam advocatus Iohannis recognovit, quod ipsum Stephanum idem Iohannes citaverat in tempore et ius totum super ipsum stetit et paruit.

822. *(f. 75.)* Olczuch de Strobino t. nobili Petro de Iarluti sexagenam surgibilem in sex septimanis, censum in duabus et XI grossos prolatorum dierum, duos coretos avene cum 1 choro tritici avena et duos gallos in sex septimanis, sepes, cassas *(s.)*, allodium temporibus suis secundum cursum terre debet adimplere sub pena L.

823. Troyanus de Vilkowye 1 *nestane* contra Przedborium preconem zacroczimiensem.

824. Dobek de Scarzino contra Andream de Grąpczewo [6]) litteram obligatoriam super sex [7]) sexagenas racione propinquitatis eodem Andree hodie in iudicio debuit presentare et non presentavit secundum iuris decretum.

---

[1]) *sam.* clamham sextam. [2]) satisfaciendo *d*, *postea quatuor* sexagenas *i*. [3]) *a r. dod.* Comissio Pątky. [4]) Communes *d*. [5]) Io *d*. [6]) *sam.* de ibidem. [7]) *sam.* quatuor.

825. Vitus de Poszarzino IIII LLLL contra Iohannem de Gawarzecz, quia citans eundem solus non stetit, et idem Iohannes I *nestane* contra eundem [1]).

826. Iacussius de Grąpczewo coram nobis constitutus personaliter publice recognovit, quia nobili Dobeslao advocato de Sszrzebrna duas sexagenas cum viginti grossis monete mediorum gr. ad diem sancti Adalberti proximum soluturas, si vero non solverit eandem summam ad tempus prefatum, extunc porcionem hereditatis suam, quam habet ibidem in Grąpczewo, nichil pro se reservans, ad eundem Dobeslaum perdet et ammittet eviterne et in ewm, et eandem pecuniam in domo sua debet idem Iacussius imponere.

827. *(f. 75 v.)* Nobilis *Narwoth* alias *Prusszin* de Noskowo coram nobis publice recognovit, quia nobili Ianussio de Ianusszewo pro Nicolao de Kamenycza quindecim sexagenas monete communis et specialiter mediorum gr. ad diem sancti Adalberti proximum sub pena quinquagenali et *pacznadzescze* paratis <fideiussit> soluturas, si autem idem Nicolaus repetitum *Narwoth* ad eundem Ianussium in tempore descripto non liberaverit, extunc quodcumque dampnum hoc facto ipse *Narwoth* receperit, hoc totum in Nicolaum redundari debebit.

828. Mathias viceprocurator zacroczimiensis recognovit se teneri Ianussio de Ianuschewo $^1/_2$ sexagenam in quatuor [2]) septimanis soluturas sub totidem dampni.

85. Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum Nativitatis Christi coram dominis Silamo iudice ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXIIII-o *(1434, 30 dec.).*

829. Iasczoldus de Golambye coram nobis publice rocognovit, quia nobili Iohanni preconi Novecivitatis t. unam sexagenam cum sex grossis monete communis ad diem Nativitatis Marie uirginis gloriose persolvere sub totidem dampni, totum paratis pecuniis.

830. *(f. 76.)* Clemens de Lossowo 1 s. m. contra Boguslaum de Ponyatouice racione fideiussionis quinque sexagenarum cum XI grossis communis monete, quas sibi solvere debet in duabus septimanis sub pena L.

831. Vitus de Gorki recognovit se teneri nobili Ade de Koualeuice duas sexagenas monete communis ad Priviumcarnis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni paratis pecuniis tam pecuniam capitalem, quam eciam dampnosam persolvere se obligavit.

832. Iacussius de Gosczimino docuit scabinis super Martinum kmetonem, quia aput ipsum Adamum presentem ortum acceptavit, ideo fideiussit Paulus *Bilicza*, [quod] t. persolvere eidem Iacussio quindecim grossos monete communis in [3]) duabus septimanis sub pena L.

833. Stanislaus de Mazowo d. unum testem contra dominum Paulum de Noszitlsko videlicet Paulum de Mazowo, qui interfuit. Rotha: *„Oktore szito <yo sziwaj> scitczal! Paszek namo, tegom va nyeiaszą, alem ge kupil zaswe penądze"*.

834. Iaroslaus *Gorka* 1 s. m. contra Boguslaum de Ponyatouice.

835. *(f. 76 v.)* Dominus iudex liberavit providos Bartholomeum, Petrum opidanos Novecivitatis, prout citaverant Paulum de Mazowo pro equabus ita, quod nullum dampnum ex hac citacione consequentur.

[1] *recognovit scripsit* Iohannes Vitus... [2] sexag. *d.* [3] *cum* sex

836. Ian de Smogorzewo 1 s. m. contra Clementem de Lossowo et sibi Clementi II $^1/_2$ [1]) sexagenam in II-bus septimanis sub pena L t. persolvere.

837. Daczbogius de Pyanowo 1 L cotra Iohannem de ibidem.

838. Florianus de Chmelewo coram nobis publice recognovit, quia Boguslaus de Ponyatouice pro ipso fideiussit duas sexagenas minus XV grossis monete communis ad festum sancti Alberti proximum, si autem idem Florianus eundem Boguslaum de dicta caucione non liberaverit, extunc quodcumque dampnum ipse Boguslaus habuerit, hoc totum erit Floriani.

839. Paulus de Mazowo coram nobis publice recognovit se teneri nobili Swanthoslao de Crzisczki XLVI grossos communis monete ad festum sancti Petri apostoli proximum sub totidem dampni soluturos.

840. [2]) Maczey de Gnati 1 s. m. contra Boguslaum de Ponyatouice <et tibi pecuniam iam solvit>.

841. Paulus de Mazowo luit penam furticinii contra dominum ducem.

842. *(f. 77.)* Stanislaus de Clukouo recognovit, quia Stiborius Iohannis et alter Stiborius Swanthoslai <de Szwircze> sibi pro tenuta, quam a Petro de ibidem ibidem in Swirczewicze in octuaginta grossis satisfecerunt, quam tenutam prefati duo Stiborii, hoc nomine vocati, tenebant cum eodem iure, prout prefatus Stanislaus habuit, tenuit pacifice et quiete, quia eandem tenere sunt propinquiores.

843. Andreas alias *Koszicza* de Dzeczi luit penam furticinii contra Martinum opidanum de Novacivitate.

844. It. Paulus de ibidem penam furticinii contra Martinum opidanum de Novacivitate.

845. Domini decreverunt et sentenciaverunt prefato Martino super prefatis Andrea et Paulo quatuor sexagenas monete communis in sex septimanis sub pena L.

846. Stanislaus de Ponyati citans Iacussium et uxorem suam solus non stetit, ideo LLL luit et suam causam perdidit.

847. Iohannes de Smogorzewo coram nobis publice recognovit, quia Clemens de Lossowo sibi quindecim sexagenas in libro superius contentas et inscriptas persolvit cum effectu, que ad ipsum Iohannem spectabant, et idem Iohannes litteram super pecuniam ducalem quadraginta sex sexagenas in se contentas *(s.)* debuit restituere, *(f. 77 v.)* item si eandem litteram habere non poterit idem Iohannes, extunc eandem litteram mortificando, quoad suam partem aliam litteram domini ducis super se dare obligavit prima via domini ducis hic in Novamcivitatem.

848. Petrus de Iarluti recognovit, quia [3]) sibi Iohannes de Smogorzewo quindecim sexagenas super dotalicium persolvit.

849. Clemens de Lossowo recognovit se teneri nobili Nicolao de Prusszinouice dimidiam quintam sexagenam monete communis racione fideiussionis in quatuor septimanis soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

86. Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Epifanie domini sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV coram domino Silamo iudice et zupariis aliis [illegible]

---

1) *f. preceden.* 2 III [illegible]

2) [illegible]

3) [illegible]

850. Nobilis dominus *Donyn* de Smoschewo coram nobis constitutus personaliter recognovit publice, quia nobilem Nyelascarium de Dlotowo in suis bonis omnibus tam mobilibus, quam eciam immobilibus constituit et fecit gubernatorem rectoremque eorundem bonorum, dans dicto gubernatori suo potestatem omnimodam in eisdem bonis.

851. *S[i]dlo nestane* contra Ianowski.

852. *(f. 78.)* Nobiles Stanislaus de Trampki [et] Iohannes de Zarambi coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt, quia nobili Vincencio de Zaluski pro nobilibus Vlostone, Petro, Mathia, Stanislao, Stanislao Pauli, Clemente, Paulo, Cristino, Mroczeslao, Budkone, Nicolao alias *Mros* heredibus de Voyni quadraginta sexagenas monete communis una septimana post festum sancti Adalberti proximum manu inconiuncta pro hereditate Sobole fideiusserunt et caucionaverunt, si autem, quod absit, prefati Stanislaus et Iohannes dicto Vincencio dictam iam summam pecunie ad diem prescriptum non solverint, aut solvere neglexerint, extunc racione dampni tantum quantum est de pecuniis capitalibus una cum pecunia capitali promptis pecuniis solvere se obligarunt. Promiserunt eciam prefati nobiles Vlosth, Petrus, Mathias, Stanislaus Simonis, Stanislaus Pauli, Clemens, Paulus, Cristinus, Mroczeslaus, Budek et Nicolaus alias *Mros* heredes de Voyni prescriptos Stanislaum et Iohannem de dictis quadraginta sexagenis Vincencio caucionatis die iam scripto liberare et expedire, si autem non liberaverint [1]) ad eundem diem [2]), extunc bona ipsorum omnium nobilium supra scriptorum nominatim tam mobilia, quam eciam eciam *(s.)* inmobilia manu coniuncta ad eosdem Stanislaum et Iohannem perdent et ammittent eviterne et in ewm.

853. Nobiles Vlosth, Petrus, Mathias, Stanislaus Simonis, Stanislaus Pauli, Clemens, Paulus, Cristinus, Mroczeslaus, Budek et Nicolaus *Mros (f. 78 v.)* heredes de Voyni publice recognoverunt, quia nobili Vincencio de Zaluski triginta sexagenas, quarum viginti quatuor sexagene communis monete et sex sexagenas latorum gr., ad diem sancti Martini proximum et alias triginta sexagenas [3]) communis monete ad festum Nativitatis Christi <post hoc festum Nativitatis Christi> proxime futurum solvere obligarunt, si autem, quod absit, prefati nobiles heredes de Voyni suprascripti eidem Vincencio aliquam summam pecuniarum in temporibus deputatis non solverint, aut solvere neglexerint, extunc hereditatem Sobole, quam aput eum emerunt, ad eundem Vincencium perdent et ammittent eviterne et in ewm.

87.* Termini Novecivitatis feria quinta in octava Epifanie domini sub a. Nativitatis d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram dominis iudice, subiudice, ceterisque officialibus in iudicio presidentibus. *(1435, 13 ian.).*

854. [4]) Albertus de Klukowo coram nobis publice recognovit, quia prout Dirslaus de ibidem quoddam pratum et campum quendam sibi in dimidia altera sexagena et quatuor grossis ibidem obligaverat, eandem obligacionem Dobeslaus et Nicolaus ab eodem Alberto exemerunt sibi satisfaciendo pro eadem cum effectu.

855. Falislaus de Pyanowo t. Ianikowi et Stanislao de Postrusze quinque sexagenas communis monete in medio quadragesime sub vadimonio decem sexagenarum solucturas.

---

[4]) [illegible] *d. n. r. dom.* Klukouo.

856. *(f. 79.)* Iohannes alias *Dirlicza* coram [nobis] recognovit, quia contra Bernardum de Slufnjczewo nobili Nicolao de Gorki causam suam alias *przą* contulit omni modo agendam, dans dicto suo procuratori omnimodam potestatem.

857. Paulus de Mazowo 1 L contra Michaelem de Borze et sibi viginti grossos cum $^1/_2$ in duabus septimanis, et totidem dampni in sex septimanis et *pyaczнadzescze* soluturas.

858. Iohannes de Byelani coram nobis publice recognovit, quia [1]) nobili Nicolao de Ganszorowo t. quatuor sexagenas communis monete in crastino Nativitatis Marie uirginis proxime venturum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

859. Dominus Silamus iudex [2]) vischegradensis coram nobis publice recognovit se teneri strenuo domino Ade de Skaschewo decem sexagenas monete communis ad festum Pentecosten proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, solvere se obligavit, et hoc nullis rebus neque aliquibus excusacionibus uel peticionibus aliquorum dominorum ipsum evadendo.

860. Ian de Zalesze 1 s. m. contra Nicolaum de Czarnowo et sibi Nicolao duas sexagenas monete communis in sex septimanis persolvere sub pena L.

861. *(f. 79 v.)* Discretus dominus Stanislaus d. unum testem videlicet Paulum de Zalesze contra Iohannem de Smogorzewo. Rotha: *„Iakom ya nestrawil Ianowich pyenądzi bąnda gego opyekladnykem (s.)“*. Rotha..

862. [3]) Gottardus de Borze recognovit se teneri nobili Cristino Grzibski decem et octo grossos communis monete ad feriam terciam Pascarum proximam soluturas.

863. Raczibor de Rzebri 1 s. m. contra Przesdomam de Gawlowo, et idem Raczibor eidem Przesdome t. decem ulnas pro palio per novem grossos et super tunicam quadraginta grossos iuvare, peplum wlgariter *swogik* pro viginti grossis et pulvinar pro X grossis in sex septimanis solvere.

864. [4]) Nobilis *Gayusch* de Slunczewo coram nobis publice recognovit, quia nobilibus Petro de Slunczewo tres sexagenas minus quinque grossis et Bartholomeo de ibidem dimidiam alteram sexagenas *(s.)* cum septem grossis communis monete ad festum Nativitatis Marie uirginis gloriose pro nobilibus Marcissio et Stanislao de ibidem fideiussit persolvere, et prefati Marcissius et Stanislaus promiserunt prefatum *Gayusch* de prescripta caucione liberare ad tempus memoratum, si autem non liberaverint, extunc porcionem terre ipsorum ibidem quandam, quam Petrus Dobeslai in obligacione tenet, et cum area ad eundem *Gayusch* eviterne perdent et ammittent [5]).

865. *(f. 80.)* Eciam Marcissius et Stanislaus fideiusserunt pro Falislao ipsorum patre et sororibus germanis pacem eviternam, quod non debent eundem *Gayusch* in eadem porcione terre impedire.

866. *Przesdoma* de Gawlowo docet Ratiborium uno teste videlicet Paulo de Zakobele, qui interfuit. Rotha: *„Iakomne Raczibor ynowat kony za poltorikopi zapo ssak“*.

[1]) *porro a* — [2]) *Gawlowo* — [3]) *Sunczewo* — [4]) *i*

867.[1]) Vlodek de Gnati 1 nestane contra Paulum Malenkam pro duplice fideiussoria.

868. Stiborius de Zauisti 1 *nestane* contra dominum Iohannem succamerarium vischegradiensem.

869. Stiborius de Roschkowo 1 s. m. contra Gotardum de Borze et suam causam perdidit.

870. Honorabilis dominus Petrus plebanus de Vynnicza coram nobis publice recognovit, quia tenutam, quam habet a nobili Sadkone in Meschki in quatuor sexagenis, nobili Nicolao de Gorki in eisdem quatuor sexagenis contulit et comisit tenendam tamdiu, quousque sibi Nicolao predicte quatuor sexagene fuerint persolute.

871. Paulus de Smirdzigrochi t. Falante de ibidem mediam sexagenam communis monete a festo Nativitatis Christi per spacium duorum annorum persolvere.

88[illegible] **Termini czechonovienses sabbato proximo post festum Epifanie domini** [illegible] **a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram Floriano de Zdunowo et Allexandro de Grąpczewo.** *(1435, 15 ianu.)*

872. Andreas de Kozarzewo 1 s. m., quia recessit de iudicio ab accione absque voluntate iudicii.

873. Nobilis Mathias alias *Slecz* approbavit scabinis suis coram nobis super Albertum de Zarąbino pro kmetone Nicolao, quia idem Nicolaus fugit cum iure terrestri de ovto, et cum quindecim grossis et catena alias *leyczuch* pro tribus grossis, que omnia in sex septimanis debet solvere.

874.[3]) *Schewyoro* de Szczurowo kmeto egit contra nobilem Abraham de Gawarzecz hiis uerbis: „ago super Abraham, quia veniens in domum meam recepit mihi sex coretos farene *(s.)*, <decem et octo grossos>[4]) paratis pecuniis et tunicam pro media sexagena ceterasque res meas wlgariter *statki* et pro hiis omnibus causis et rebus cum ipso sum unitus et arbitratus, quod mihi hec omnia debuit restituere et non restituit, et super hoc possum docere arbitrio", et Abraham ipsum interrogavit, cuius esset tunc temporis, et ipse per suum procuratorem dixit, quod fuit Abrahe illo tempore, et super hoc Abraham dixit, quia homo iste cum meo iure fugit usque in diem hodiernum, et hoc ipse ad dominum iudicem prorogamus.

875. *(f. 81)* Petrus alias *Koszk* consul et Gregorius (?) sutor opidani de Zacroczim coram nobis publice recognoverunt, quia nobili Falante de Gadowo dimidiam decimam sexagenas *(s.)* ad diem sancti Iohannis Baptiste proximum soluturas, si autem non solverint ad diem prescriptum, extunc quandocumque citabuntur pro eadem non solucione, hic coram iudicio terrestri debent et subintromiserunt se respondere de iure chulmensi, in quo resident, se deponendo, et nullis obligacionibus, composicionibus seu occasionibus ipsum evadentes, sed paratis pecuniis persolvere manu coniuncta.

876. Olczuch de Strobino 1 L contra Petrum de Iarluti ob non solucionem census aquisiti.

877. *Wsczele* et Boguslaus de Sabanice *(s.)* strenuo domino Serpenti castellano czechonoviensi pro debitis in libro notatis super omnibus satisfecerunt.

[1]) *n. r. dod.* Gnaty. [2]) *powinno być:* post octavam Epiphanie. [3]) *n. r. dod.* Szczurowo cum Gawarzecz. [4]) *zam.* mediam sexagenam.

878. Iacussius de Grąpczewo egit super Dobeslaum de Szrzebrna hiis verbis: „ago super Dobeslaum, quia veniens violenter ad gayum meum, quem sibi non obligavi, in curru ligna scindit, in quo dampni habeo duas sexagenas", et respondere Dobeslaus noluit, quia primo fuit citatus.

879. Szczepan kmeto prout citaverat Iohannem de Szlepewroni pro iniuria, extunc Iohannes prefatus scabinis docuit, quia idem kmeto iniuriam non habet ab eodem.

880. *(f. 81 v.)* Vyrzchoslaus de Troski omnibus dominis satisfecit, solummodo domino duci viginti grossos t. pro pena quintuplici quinquagenali.

89.* Termini zacroczimienses sabbato die sancti Vincencii coram dominis iudice, subiudice sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o. *(1435, 22 ian.).*

881. Ian de Blandowo 1 s. m. contra Mroczkonem de Zarambi et sibi Mroczkoni unam sexagenam infra duas septimanas[1]) sub pena L.

882. Sandek de Slotopolice 1 s. m. contra Iohannem de Kamenicze, et sibi $^1/_2$ sexagenam in sex septimanis, casas, sepes tempore suo.

883. Iachna contoralis Bronissii de Virziki debet reponere quatuor sexagenas communis monete in sex septimanis sub pena L, et cum ea debet idem Goworek hereditatem dividere ibidem in Naborowo.

884. Stanislaus de Trampki 1 s. m. contra Iacussium de Gosczimino, et sibi Iacussio t. duas sexagenas communis monete[2]) minus decem grossis in sex septimanis sub pena L soluturas.

885. Nicolaus de Kamenicza s. m. contra dominum vexilliferum czechonoviensem.

886. Maczey filius Floriani de Coriciska 1 s. m. contra *Visszioko*.

887. Ian *Schosto* 1 s. m. contra Iacussium de Falibogi.

888. Venceslaus de Falibogi ammonuit habere terminum peremptorium contra Florianum de Zdunowo dicens, quia habeo terminum peremptorium, et ipse Florianus non stetit.

889. *(f. 82.)* Stanislaus de Trampki recognovit se teneri Budkoni de Voyni septem sexagenas minus XV grossis in die sancti Adalberti proximo persolvere, si autem non solverit, extunc litteram domini ducis super quatuor mansos possesos in Trapki *(s.)* dare et expedire debet et propriis pecuniis litteram exemere.

90.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum sancti Pauli[3]) confessoris sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram Petro de Swirczeuice et Petrassio de Postrusze ceterisque officialibus. *(1435, 27 ian.).*

890. Ianek de Smogorzewo 1 s. m. contra discretum Stanislaum presbiterum de ibidem.

891. Andreas Troyani[4]) filius de Gadampcz coram nobis personaliter publice recognovit, quia nobilis *Grabya* de Pescirogi sibi persolvit de pecuniis matris dotalicii duodecim sexagenas monete communis cum effectu, insuper de eisdem pecuniis maternis idem *Grabya* sibi Andree ad huc t. dimidiam decimam sexagenam monete eiusdem a die Priviicarnis proximo per revolucionem unius anni persolvere.

[1]) *zam.* sexagenas gr. [2]) in *a* [3]) *poćimno byc.* post festum conversionis sancti Pauli. [4]) *zam.* Cristini.

892. Raczibor *Rzebro* 1 s. m. contra Przesdomam de Gawlowo et sibi *(f. 82 v.)* Przesdome de Gawlowo dimidiam alteram sexagenam pro dotalicio pro equo in sex septimanis sub pena L bonis peccoribus.

893. Paulus de Mazowo t. Iohanni preconi Novecivitatis octuaginta grossos monete communis ad diem sancte Hedvigis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem paratis pecuniis una cum pecunia capitali.

894. Ian de Meschki 1 s. m. contra Venceslaum de Stpice, et ipsum Venceslaum de Melle pro iure theutunico a domino duce debet liberare.

895. Andreas de Virziki recognovit se teneri nobili Ade de Cowaleuice duas sexagenas monete communis ad festum Pentecosten proximum persolvere, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem [1]) solvere se obligavit paratis pecuniis una cum pecunia capitali.

896. [2]) *Zaloga* de Slunczewo recognovit se teneri nobili Iohanni alias *Schkoda* advocato de Novacivitate unam sexagenam monete communis una septimana ante festum Nativitatis Christi proximum soluturas, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se obligavit paratis pecuniis una cum pecunia capitali.

897. *(f. 83.)* Dobeslaus de Meschki t. nobili Boguslao de Ponyatouice octo sexagenas capitalis et totidem dampni paratis pecuniis tam capitalem pecuniam, quam dampnosam in sex septimanis sub pena L soluturas, iure acquisitas.

898. [3]) Nobiles Florianus [4]) de Chmelewo et *Szmara* de Iableczniki coram nobis constituti personaliter publice recognoverunt, quia pro nobili Mroczkone de Kądzerzauice nobili Boguslao de Ponyatouice manu coniuncta fideiusserunt et caucionaverunt decem et septem sexagenas monete communis ad festum Nativitatis Christi proxime venturum soluturas, si autem non solverint, aut solvere neglexerint ad tempus prescriptum, extunc racione dampni tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, paratis pecuniis una cum pecunia capitali solvere se obligavit et hoc in monetis mediorum gr.

899. [5]) Ian de Mazowo recognovit se teneri nobili Petro de ibidem centum grossos monete communis pro equo tercia die post festum sancti Nicolai proximum soluturas, si autem non solverit centum grossos ad tempus prescriptum, extunc fore duas sexagenas ad festum Nativitatis Christi proximum persolvere.

900. Paulus de Mazowo t. Michaeli XX-ti grossos cum $^1/_2$ feria quarta proxima sub totidem dampni et pena L paratis pecuniis persolvere.

901. *(f. 83 v.)* *Smara* de Godacze *nestane* contra dominos iudicem et subiudicem.

91.* Termini in Zacroczim feria VI in octava sancte Agnetis virginis gloriose in presencia domini ducis et suorum honoratorum sub a. d. millesimo etc. XXXV-o. *(1435, 28 ian.).*

902. [6]) Strenuus dominus *Stromilo* per ipsius procuratorem cum domino Martino subiudice zacroczimiensi, prout habuerant iu Novacivitate coram domino

---

[1]) do *d.* [2]) *n. r. dod.* Slonczewo. [3]) *n. r. dod.* Chmelewo, Iableczniki. [4]) et Szmyara *d.* [5]) *n. r. dod.* Mazowo. [6]) *n. r. dod.* causa Sgierz.

duce in proximo adventu secunda die pro kmetonum quorundam causis et iniuriis attemptare, se hic coram dominis in presencia domini ducis eundem terminum de Novacivitate in Zacroczim ad proximum adventum eiusdem domini ducis secunda die receperunt <terminum> attendere pro omnibus causis kmetonum in causis inter eos vertentibus.

903. Nicolaus de Kayanti luit II LL contra Petrum de Dąmbrowka, et idem Nicolaus debet et t. cedere de domo et porcione hereditatis Thome, que ad ipsum pertinebat ibidem in Chayanti, nobili Petro prescripto ad duas septimanas sub pena L.

904. Dominus Zemak iudex czechonoviensis paruit coram nobis in termino contra nobiles Bronissium, Zemakonem et Nicolaum de Gostkowo, prout ipsos ad presenciam domini ducis citaverat, et ipsi Bronissius, Zemak et Nicolaus non steterunt neque aliquis eis terminum dilatavit.

905. *(f. 84.)* Dominus Paulus de Mączino coram domino duce stetit in termino peremptorio contra dominam Katherinam et filium suum *Donyn* de Smoszewo pro via, pro qua ipsum citaverant, et ipsa domina et filius suus in eodem termino non steterunt.

906. Dominus Marcissius subiudex zacroczimiensis in termino coram domino duce paruit et stetit contra Martinum de Dambrawka, prout ipsum citaverat ad dominum ducem hic in Zacroczim pro violenti pigneracione kmetonum, et ipse Martinus non stetit neque termino obedire curavit.

907. Nicolaus *Russzin* de Siroczecz opidanus coram domino duce stetit et paruit in termino contra Marcissium de Dąmbrowka, prout eum citaverat ad presenciam domini ducis hic in Zacroczim pro iniuria, et ipse Martinus in eodem termino non stetit neque aliquo termino satisfecit.

908. Iohannes kmeto de Crissko coram domino duce in termino stetit et paruit dicens, quod haberet terminum peremptorium cum domino Ninogewo subiudice plocensi pro iniuria, et prefatus dominus termino hinc non obedivit neque sibi aliquis terminum dilatavit.

909. Coram domino duce feria II in Novacivitate proxima ante Purificacionem Marie constitutus Mathias de Kąnsze causam suam contulit nobili Ianussio de ibidem contra Nicolaum de Obrąmb pro omnibus causis faciendam, tamquam solus presentibus interesset *(?)*.

92. *(f. 84 v.)* **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum Purificacionis Marie virginis gloriose sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram Floriano de Zdunowo, Allexandro de Grąpczewo.** *(1435, 29 ian.)*.

910. Iacussius de Grampczewo 1 s. m. contra Dobeslaum advocatum de Szrzebrna, quia citacionem maioravit.

911. Allexander de Sobanice 1 s. m. contra Iacussium de Gosczimino pro fideiussoria.

912. Ian de Strachowo II *nestane* contra Zemak de Michowo.

913. Zdzeslaus de Kurząthkowo *nestane* contra Iohannem de Szlepewroni.

914. Staschek de Sobanice 1 s. m. contra dominum czechonoviensem castellanum.

915. *Mirzon* de Skarzino 1 *nestane* contra Przechnam mulierem.

93. [1]) **Termini zacroczimienses sabbato die sancte Agathe virginis gloriose sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram Martino subiudice zacroczimiensi ceterisque officialibus in iudicio Zacroczim presidentibus.** *(1435, 5 febr.).*

916. Dominus Martinus subiudex zacroczimiensis coram nobis recognovit, quia nobili Swanthoslao de Ianowo pro strenuo domino Iohanne vexillifero czechonowiensi fideiussit et caucionavit triginta et unam sexagenas minus X grossis monete communis ad diem Priviicarnis [proxim]um soluturas, si autem non [solverit, ext]unc pro dampno totidem solvere obligatur.

917. *(f. 85.)* [2]) Ian de Zarąmbi 1 s. m. contra Swantoslaum de Ianowo.

918. Strenuus dominus Iohannes vexillifer czechonoviensis promisit dominum Martinum subiudicem zacroczimiensem de caucione triginta et unius sexagenarum ad diem Priviicarnis proximum liberare, si autem nón liberaverit, extunc quodcunque dampnum prefatus dominus Martinus habuerit, hoc ipsum in eundem dominum Iohannem cadet et hoc nullis excusacionibus ipsum evadendo, sed paratis pecuniis persolvere.

919. Florianus de Zdunowo 1 s. m. contra Venceslaum de Falibogi et sibi Venceslac dimidiam sexagenam communis monete in duabus [3]) septimanis sub pena L soluturas.

920. *Szidlo* de Vilami 1 *nestane* contra Swanthoslaum de Ianowo.

921. Sandek de Slatopolice 1 *nestane* contra Dominicum kmetonem de Kamenicza.

922. Nobilis dominus Martinus de Ieszewo subiudex zacroczimiensis publice recognovit, quia pro Dobeslao et Adam opidanis de Zacroczim nobili Swantoslao de Ianowo *(f. 85 v.)* fideiussit et caucionavit viginti et duas sexagenas monete communis ad diem sancti Adalberti proxime futurum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni et pene tantum, quantum de pecuniis capitalibus habetur, solvere se obligavit.

94. Termini Novecivitatis in presencia domini ducis et suorum honoratorum feria quinta ipso die sancte Scolastice virginis gloriose sub a. Nativitatis d. Mi-o CCCC-o XXXV-o. *(1435, 10 febr.).*

923. [4]) Budek de Golambe coram nobis publice recognovit se teneri nobili Mathie de Vąnssi centum grossos monete communis ad festum sancti Nicolai confessoris venerandi proximum soluturas, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se eidem obligavit.

924. [5]) Iohannes *Kozel* de Brolino coram nobis publice recognovit se teneri nobili Zdzeslao de Clukowo dimidiam terciam sexagenam monete communis a festo sancti Petri apostoli proximo per revolucionem unius anni soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

925. Iohannes *Dzanczol* t. nobili Clementi de Lossowo quatuor sexagenas cum viginti grossis monete latorum gr. in sex septimanis sub pena L persolvere.

[illegible] *u góry f. 85 wykreślona zapiska błędnie w tym miejscu wpisana:* aut si eandem litteram habere non poterit idem Iohannes, extunc eandem litteram mortificando, quoad suam partem aliam litteram domini ducis super se dare obligavit. *Z układu kart w zeszycie należy przypuszczać, że między f. 84 i f. 85 nic nie brakuje.* [3]) sexagenis *d.* [4]) *wykr. rozpoczęta zapiska:* domini sententiaverunt; *nieco wyżej n. r. dod.:* Golembie. [5]) *n. r. dod.* Brolino.

926. *(f. 86)* Nicolaus de Obrąb 1 s. m. contra Mathiam de Kąnsze, et sibi Mathie tres sexagenas communis monete in sex septimanis soluturas sub pena L.

927. *Szmara* de Godacze 1 L contra dominum ducem [1]), et hominem pro furto inculpatum ipsius ante terminos feria II debet statuere.

928. Domini sentenciaverunt, quia domina Iaczkowska nobilibus Petro et Paulo de Mazowo ab omnibus kmetonibus in gayo receptis solummodo viginti grossos debet dare.

929. Iacussius filius Vlostonis contulit causam suam alias *przą* nobili Nicolao de Modzele contra strenuum dominum Stromilonem de Szgerz, dans dicto suo procuratori plenum mandatum.

930. [2]) Nobilis Borzim de Galąski recognovit se teneri nobili Falislao de Virziki septuaginta et quinque grossos communis monete in die sancti Nicolai proxime venturum *(s.)* sine omni dilacione persolvere.

931. Domini sentenciaverunt, quia preco querat bona <mobilia> Laurencii de Meschki, et quidquid invenerit, vendat, et solvat Dobeslao de ibidem tres sexagenas, et quidquid non invenerit, nos in duabus septimanis informet.

932. Ian *Kozel* d. testem contra Paulum fratrem suum videlicet Daczbogium de Brolino. Rotha: *„Oktorą pącz kop szalowalem na Pawla, za tomy dossicz nyeuczinil"*. Testes: *„Iakom ya przitem bil"*.

933. *(f. 86 v.)*. Michal de ..... d. testes contra dominum episcopum plocensem: primus Vitus de Rzebri, Nicolaus Grzegorzeuicz de ibidem, Nicolaus alter, Ramoldus de ibidem et Matias de ibidem. Rotha: *„Csom vczinil Yanowy to zagego początkem, kedi namo klonyczą byl"*. Testes: *„Iakom ya to"*.

934. Idem d. testes eosdem contra eundem dominum episcopum. Rotha, ut supra, sed nomen Stanislaus alterius.

935. Mscislaus de ibidem d. testes contra dominum episcopum plocensem: primus Laurencius de Kąnsze, 2-us Nicolaus de Gzi, 3-us Tomek de ibidem, 4-us Ian *Ladzicz* de Kąnsze, 5-us Petrus *Ladzicz*. Rotha: *„Iakom ya Yana ne bil"*. Testes: *„Iako ya to wem"*.

936 Idem d. testes eosdem contra eundem dominum episcopum pro alio homine Stanislao.

937. [3]) Paulus Brolinski 1 s. m. contra Iohannem de ibidem et sibi Iohanni idem Paulus debet ponere fideiussorem sufficientem ad duas septimanas, aut potestatem perpetualem ordinare pro filiastra Helena, pro qua solus fideiusserit sub pena L.

938. [4]) Nicolaus de Obrąb recognovit se teneri nobili Mathie de Kąnsze tres sexagenas communis monete in festo Pasce proximo sub totidem dampni persolvere, et in eodem debito capitali et dampni ipse Nicolaus suam porcionem hereditatis ibidem in Obrąb perdet et ammittet eviterne et in ewm.

939. Ian de Stpice 1 s. m. contra Venceslaum de ibidem.

940. *(f. 87.)* Nobilis Swanthoslaus de Gorki iure acquisivit porcionem hereditatis ibidem in Gorki, quam emit apud Sulislaum *Czczey* et Troyanum de ibidem

[1]) ob *d.* [2]) *n. r. dod.:* Galąski [3]) *n. r. dod.:* Brolino [4]) *n. r. dod.:* Obramb

et super quam litteram privilegiatam habet et pro qua eciam testes induxit cum eisdem ipsius porcionem circumeundo, ipsamque igitur porcionem eidem Swanthoslao et sue posteritati eviterne adiudicavimus, predictis vero Iacussio et sue posteritati silencium perpetuum imponentes, et littera nostra iudiciali hoc fecimus muniri.

941. Bernardus de Slunczewo 1 s. m. contra Iohannem *Dirlicza* de Czechanowo opidanum, et sibi Iohanni t. unam sexagenam cum sex grossis in sex septimanis, quia non stetit in termino deputato et peremptorio.

942. Helena filia Stephani bone memorie de Brolino s. m. penam luit contra Iohannem de ibidem, et sibi Iohanni t. persolvere dimidiam[1]) sextam sexagenam communis monete in sex septimanis sub pena L pro debito sui patris, et hoc ita si dominus iudex scripta confirmabit.

943. Thomas notarius lompzensis die hodierna contra Andream *Stopka* pro sexagena debuit iurare et non iuravit, ideo penam s. m. luit, et sibi Andrée t. solvere eandem sexagenam in sex septimanis sub pena L.

944.[2]) Domini decreverunt et sentenciaverunt, quia prout *Poman* apud Nicolaum de Czaykowo pecuniam Przeczslai de Godacze arrestaverat, eandem pecuniam dominus dux cum suis honoratis eidem Nicolao sentenciavit, ut ipsam Przeczslao et non *Pomany* persolvat.

945. Paris *nestane* contra Paulum de Zalesze.

95.* *(f. 88 v.[3]).* **Termini czechonovienses sabbato proximo post festum sancte Scolastice uirginis gloriose sub a. d. M-o CCCC-o XXXV-o coram Floriano et Allexandro.** *(1435, 12 febr.).*

946. *Borscha* de Sobanice d. testes contra Allexandrum de ibidem: primus Stanislaus de Gnewyeuice, 2-us *Borscha* de ibidem, 3-us Michael de Chodakowo, 4-us Bronk de Czeczothki, 5-us Stanislaus de ibidem. Rotha: *„Csom uczinil Wszemylowy, to zagego początkem, kedi my rzekl Iłszesz"*. Testes: *„Iako ya to wem"*.

947. Notarius zacroczimiensis 1 s. m. contra Iohannem *Porzucz* de Plonska, et sibi[4]) Iohanni XL grossos cum tribus grossis in sex septimanis t. persolvere sub pena L.

948. Zdzeslaus de Kurzanthkowo *nestane* contra Iohannem de Szlepewroni.

949. Iohannes idem stetit in termino ad dominum iudicem dato contra eundem Zdzeslaum pro censu ducali et ipse Zdzeslaus non stetit, et prout eciam

[1]) quintam *d.* [2]) *n. r. dod.:* Czaykowo. [3]) *Karty 87 v. i 88 recto zostawiono pierwotnie niezapisane, prawdopodobnie z powodu przerzucenia kart przez pisarza, a następnie przez omyłkę lub w formie brulionu wciągnięto datę roczków zakroczymskich z dnia 9 lipca 1435 roku i jedną zapiskę niedokończoną, którą to zapiskę wraz z datą pisarz wykreślił i wniósł we właściwem miejscu na karcie 120 v. i 121. Data:* Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Visitacionis beate Marie virginis gloriose coram domino Sylamo et aliis officialibus sub a. d. M. [CCCC] XXXV-o *(1435 9 iul.). Zapiska:* Nobiles Dobek, Falk et Nicolaus de Strobyno coram iudicio relinquerunt se alias o s t a l y s s y a pro porcione hereditatis in alia Strobyno, quam tenent in obligacionem contra Bronissium eciam de Strobino, ita quia ipsam porcionem predictam tenere debent iuxta litteras obligatorias ipsorum iudiciales, porcionem Iohannis bone memorie s u m y c o w ą(?). *Na karcie 88 recto ręką z XVI w.:* Hic fuit Laurencius Nienalthowsky et Catherina Borowna cum ea peragebat. [4]) Re *d.*

dominus Stiborius prout *(s.)* citaverat Dobeslaum alias *Cosdron* solus non stetit in eodem termino.

950. Honorabilis dominus Nicolaus plebanus de Velge per suum procuratorem stetit in termino dicens, quia citavi honestam dominam Dorotheam consortem bone <memorie> marschalci de Sanchoczino ad sentenciam finalem, prout hoc contra ipsam omnes terminos steti, et ipsa domina non paruit neque sibi aliquis terminum dilatavit.

951. *(f. 89.)* Nobilis Abraham de Gawarzecz stetit in termino coram nobis peremptorio ad dominum iudicem deputato contra Stanislaum *Szewyoro* kmetonem, et ipse Stanislaus non stetit.

96. Termini zacroczimienses sabbato proximo ante LX-m coram domino subiudice sub a. d. M-o CCCC-o XXXV-o. *(1435, 19 febr.).*

952. Sassinus de Stroszewo 1 s. m. contra Vincencium de Zaluski.

953.[1]) Sassinus de Osszek 1 s. m. contra Iohannem de Zdunowo et sibi Iohanni t. octo sexagenas monete communis ad diem sancte Margarethe proximum persolvere, si vero non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se idem Sassinus obligavit, promptis pecuniis utramque tam dampnosam, quam eciam capitalem sibi solvere se obligavit, et hoc nullis vadiis, obligacionibus seu composicionibus ipsum Iohannem evadendo.

954.[2]) Iacussius de Smoli obligavit se solvere Iacobo de Falibogi sexagenam[3]) monete communis ad diem Divisionis apostolorum proxime venturum *(1435, 15 iul.)*, si autem nonsolverit[4]), extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

955. *(f. 89 v.)* Iacobus *Schidlo* 1 s. m. contra Swantoslaum de Ianowo et sibi Swanthoslao $^1/_2$ sexagenam in sex septimanis, et pro expensis, quantum Ianowski dixerit, solvere se obligavit sub pena L.

97. Termini Novecivitatis feria VI in crastino sancti Mathie apostoli gloriosi sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram dominis iudice. subiudice zacroczimiensibus. *(1435, 25 febr.).*

956. Vadimonii rati et firmi domini posuerunt inter nobiles Ramoldum ex una et Nicolaum Grzegorzeuicz, Iacussium, Dirslaum, Mathnam *(s.)*, Vitum heredes de Rzebri ex altera partibus ducentas sexagenas.

957. Stephanus cum Stiborio filio suo de Meschki 1 s. m. contra Boguslaum de Ponyatouice.

958. Stiborius de Meschki recognovit se teneri nobili Boguslao de Ponyatouice octuaginta grossos monete communis ad diem sancti Adalberti proximum soluturas, si autem non solverit ad tempus prefatum, extunc racione dampni totidem solvere se obligatur.

959. Ian *Dzanczol* 1 s. m. contra Stanislaum kmetonem de Noszitlsko et sibi Stanislao octuaginta[5]) *(f. 90.)* gr. communis monete in duabus septimanis sub pena L.

960. Bartholomeus de Virziki 1 L contra Iasczoldum de ibidem.

961. *Grabya* de Pescirogi 1 s. m. contra Stephanum *Virzik.*

---

[1]) *n. r. dod.:* Osiek. [2]) *n. r. dod.:* Smoli [3]) et Iohannem de Orzerzuchowo aliam sexagenam *d.* [4]) alicui prefatorum aliquam summam *d.* [5]) quinque *d.*

962. Paulus de Mazowo 1 L contra Dobrogostium de Gora et sibi Dobrogostio $^1/_2$ sexagenam paratis pecuniis in sex septimanis sub pena L.

963. Iaszek *Virzik* 1 s. m. contra iudicium propter ...anczky [1]) minus venientem.

964. Petrus *Virzik* 1 L. contra Bronislaum de ibidem.

965. [2]) Iaschek *Virzik* d. testes contra Petrum de ibidem: Mathiam de Galąski, Iohannem *Kozel,* Adam de Brolino, Iohannem Zabloczski de ibidem, Marcissium *Golamby.* Rotha: *„Iakom ya nebil Hanki samowtor szilą, anym gey polyczka dal“.*

966. Paulus de Mazowo d. testes contra ducatum.

967. *(f. 90 v.)* Strenuus dominus Paulus de Nosszitlsko docet Iohannem de Zalesze Dzetrzichone de Swirzkowo et Iohanne precone, Iohanne de Crziszczki, arbitri de iudicio accepti, Iohanne *Dzanczol,* qui interfuit, Venceslao de Stpice qui scit. Rotha: *„Oktore vyni yosch kodą Ian namnye wszal (s.), othom ya snym vgednan, ez gich nyemyal wszącz“.* Arbitri sic: *„Ktore vyni y szkoda wszął Ian na Paszku, othom ya ge vgednal, ez nyemal nany szalowacz“.*

968. <Laurencius, Dobeslaus, Nicolaus> [3]) de Pąnthki quilibet 1 s. m. contra Zdzeslaum, et ipsi debent resignare Zdzeslao ibidem in Pąthki unum mansum coram domino duce prima via ipsius adventus sub pena L.

969. [4]) Paulus de Gawlowo 1 s. m. contra Bartholomeum de Roschkowo.

970. Bronislaus de Virziki d. testes contra Petrum de ibidem: primus Adam de Brolino, Laurencius de Pąthki, Philipus de Goląbe, Budek de ibidem, Bogumyl de Modzele. Rotha: *„Iakom ya Pyotra nyewyązal samowtor szilą, anym wodi nalewal“.* Testes..

971. *(f. 91.)* *Virzik* de ibidem [d.] testes contra eundem: Vitus et Martinus de Clukowo, Marcissius de Golambe, Andreas de Rosthki, quem consentit Stephanus de Clukowo. Rotha ut supra.

972. Swanszek de ibidem d. testes contra eundem Petrum: Andreas *Recouicz* de Modzele, Vitus de Clukowo, Albertus de ibidem, Borzim de Galąski, Marcissius de Clukowo. Rotha..

973. Zdzeslaus <frater *Czczey*> de Gorki 1 *nestane* contra dominum subiudicem.

974. Raczibor de Rzebri 1 L contra Przesdomam de Gawlowo ob non solucionem XL gr. pro tunica eius uxori.

98.* Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato ante Priviumcarnis coram domino Velislao subiudice cum ceterisque officialibus in iudicio czechonoviensi presidentibus. *(1435, 26 febr.).*

975. Elyzabeth de Nyepekli mater Przedborii constituta personaliter publice recognovit, quia causam suam wlgariter *przą* nobili Nicolao alias *Mros* de Voyni contra Iaschek, Bartholomeii [5]) <uxorem> et *Tchosz* contulit peragendam.

976. *Cosza nestane* contra Abraham de [Ga]warzecz.

977. *(f. 91 v.)* Iacussius de Grąpczewo per suum procuratorem egit con

[1]) *pierwsza litera jest nieczytelna.* [2]) *n. r. dod.:* Virziki. [3]) *zam.* Laurencius, Dobeslaus, Nicolaus. [4]) Stephanus *d.* [5]) *początkowo* Bartholomeum.

tra Dobeslaum advocatum de Szrzebrna: „ago super Dobeslaum eundem, quia iterum veniens ad gayum meum, quem sibi non obligavi, ligna scindit violenter[1]), terna vice revertendo“, et Dobeslaus noluit respondere, quia residet in iure chulmensi, et hanc causam ad dominum iudicem prorogavimus.

978. Smichna de Bolanczino 1 s. m. contra Iohannem de Kurzanthkowo, quia alias egit quam citaverat.

979. Domini, ex ipsorum sentencia iudiciali, liberaverunt nobilem Abraham contra Staszkonem *Szewyoro,* prout ipsum citaverat, et suam causam prefatus Staschek iam ammisit, pro qua eum citaverat.

980. Zdzeslaus de Kurzątkowo 1 s. m. contra Iohannem de Slepevroni.

981. Idem Zdzeslaus 1 s m. contra eundem Iohannem, quia kmetonem non statuit, quem fideiussit, et eidem Iohanni octo grossos pro censu, XV grossos surgibiles, $^1/_2$ sexagenam racione pene in sex septimanis sub pena L, sed octo grossos in II-bus septimanis[2]).

982. Honorabilis *Squara* canonicus varschoviensis 1 s. m. contra Nicolaum kmetonem.

983. Zdzeslaus de Kurzathkowo debet statuere Stephanum kmetonem in iure Iohannis in Szlepewroni a feria quarta proxima per septimanam sub pena terrestri.

984. *(f. 92.)* Zemak de Michowo 1 s. m. contra Zdzeslaum de Kurzathkowo pro caucione resignacionis ad obligacionem, quamquidem obligacionem idem Zemak in Novacivitate prima via adventus primi ducis ducis *(s.)* eidem Zdzeslao debet adimplere sub pena L.

985. Ian de Strachowo II *nestane* contra Zemak de Michowo pro duplici causa.

99. **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante dominicam Invocavit me etc. in presencia domini Martini subiudicis aliisque dignitariis seu officialibus iudicio zacroczimiensi presidentibus.** *(1435, 5 mar.).*

986. Iohannes *Schosto* de Voyni contra Iacobum de Falibogy LLL.

100. **Termini Novecivitatis feria quinta proxima ante festum sancti Gregorii coram dominis Martino subiudice zacroczimiensi ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o.** *(1435, 10 mar.).*

987. Vadimonii centum sexagenarum rati et firmi vallamus, interponimus et ratificamus inter Iohannem ex una et Brzenkonem cum ipsius fratribus omnibus in Smirdzigrochi existentibus, ita quod ex utriusque partibus pace utifrui debent et non lite.

988. *(f. 92 v.).* [Zdz]eslaus de Gorki t. Raphaeli de Virziki dimidiam alteram sexagenam monete communis una septimana ante diem sancti Bartholomei proximum sine omni dilacione soluturas.

989. Bronissius de Virziki II LL contra Petrum de ibidem.

990. Staschek de Kąnsze d. testes contra Goworek advocatum de Belsko: primus Falibogius, 2-us Ramoldus de Rzebri, 3-us Borzim, 4-us Bartholomeus de Gąnszorowo, 5-us *Cosczescha* de Zalesze, 6-us Boczepor de alio Zale-

[1]) terc *d.* [2]) *wiersz ostatni zaczynający się od:* in sex *podkreślony; ustęp od* Et eidem *pismem bardziej ścieśnionem, prawdopodobnie później wciągnięty.*

sze. Rotha testium: *„Iako ya to wem, ze Staschek Goworkowa pacholka nye obluppyl*[1]) *na drocze (s.) chąnszebną rzeczą, any od nyego penądzi wszął“.*

991. Nicolaus de Rzebri d. testes contra dominum Adam de Scaszewo, primus *Lada* cum Petro et Iohanne filiis suis de Kąnsze, Clemens cum Laurencio filio suo de ibidem. Rotha: *„Iakom ya Adama nesbyl szilą“.*

992. Dirislaus de ibidem d. eosdem contra eundem pro eodem kmetone. Rotha, ut supra.

993.[2]) Paulus Ade de Brolino filius subintromisit se satisfacere resignacionem infra duas septimanas[3]) Iohanni de ibidem, prout super eo iure acquisivit, sub penis omnibus quinquagenalibus et *pacznadzescze.*

994. *(f. 93.)* Mroczek de Rzeb[ri]..... Mathiam de ibidem..... [Ma]thie unam sexagenam [in] sex s[eptimani]s sub pena L t. persolvere.

995. Gunoldus de Zauisti 1 s. m. contra iudicium, quia noluit respondere.

996. Gunoldus idem d. testes contra dominum Iohannem succamerarium wischegradiensem: primus Nyemerza de Szwirczewo, 2-us Welk de ibidem, 3-us Vitus de Clukowo, 4-us Martinus de ibidem, 5-us Maczek de Byelani, 6-us Ian de ibidem. Rotha: *„Oktori koszuch yoczapką Ian szalował na Gunoltha*[4]), *tego on vszitku nyema“* etc.

997.[5]) Iasczoldus de Golambe t. Petro *Virzik* $^1/_2$ sexagenam communis monete ad diem sancti Petri apostoli proximum sub pena L soluturas.

998. Maczek de Rosthki 1 s. m. contra Andream de ibidem.

999. Schamk de Lachani 1 s. m. contra dominum Nadmirum et sibi Nadmiro XIII $^1/_2$ grossos in II-bus septimanis[6]).

1000. Dominus episcopus plocensis IIII LLLL[7]), quia citans nobiles Mesczątam de Glodowo et Paulum de Scorosze solus non paruit et ipsi Mesczanta cum Paulo per 1 *nestane*, quia non paruerunt.

1001. Iacussius Vlostonis filius stetit in termino peremptorio contra dominum Georgium, alias *Stromilo* de Szgerz.

1002. *(f. 93 v.)* .....o non stetit neque [aliquis sibi terminum] dilatavit, ..et ipsum.... citare ad sentenciam et ad dominum iudicem prorogamus.

1003. Andreas de Modzele recognovit se teneri honorabili domino Nicolao procuratori de Iunecz tres sexagenas ad diem Pentecosten et alias tres sexagenas ad diem sancte Margarethe proximum soluturas.

1004. Marczin filius Falibogii de Rzebri 1 L[8]) contra dominum Adam de Scaschewo.

1005. Paszek Brolinski 1 *nestane* contra dominos omnes pro penis.

1006. Inter Petrum Maczkonis ex una et Thomam, Bronislaum ex altera partibus heredes de Virziki vadimonii rati et firmi centum sexagenarum interponere statuimus roborando.

101. **Termini czechonovienses in Zacroczim sabbato ipso die sancti Gregorii coram Floriano de Zdunowo, Allexandro de Grąpczewo ceterisque officialibus tunc presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXV-o.** *(1435, 12 mar.).*

---

[1]) b *wpisane zamiast przekreślonego* p. [2]) *n. r. dod.:* Brolino. [3]) prout *d.* [4]) *w oryg.* nagunoltha. [5]) *n. r. dod.:* Golembie. [6]) *zaczynając od:* et sibi *drobniejszem pismem prawdopodobnie później dopisane.* [7]) contra *d.* [8]) nestane *d.*

1007. Ian de Squari coram nobis publice recognovit, quia nobilem Bronissium de ibidem de caucione quadraginta gr. mediorum ad diem sancti Bartholomeii proximum t. liberare a Przechone de Cząpkowo, si autem non liberaverit, extunc aream cum domo ipsius Iohannis[1]) tenebit, quousque sibi solvat et sub pena L.

1008. *(f. 94.)* Zemak de Michowo 1 s. [m.] contra Zdzeslaum de Kurzathkowo.

1009. Ian de Simchowo *(s.)* II *nestane* contra Zemak de Michowo pro duplici causa.

1010.[2]) Nobilis Nicolaus de Crissko coram nobis recognovit, quia nobilem Lascarium de Dlotowo constituit in suum verum et perfectum gubernatorem, defensorem suorum bonorum, que habet in Crissko, hereditariorum, committens dicto suo gubernatori potestatem omnimodam in regendis bonis eisdem, tamquam solus interesset propria in persona.

1011. Iohannes advocatus de Zacroczim recognovit se teneri nobili Ianussio de Ianuschewo dimidiam nonam sexagenam gr. monete communis ad diem sancti Iohannis Baptiste proximum soluturas, si autem non solverit, extunc duodecim sexagenas sibi Ianussio solvere se obligavit.

1012.[3]) Item Swantoslaus de Zarąmbi coram nobis publice recognovit se teneri nobili Swanthoslao de Zarąmbino dimidiam quintam sexagenam monete mediorum gr. a festo sancti Petri apostoli per revolucionem unius anni, videlicet ad aliud festum eiusdem beati Petri soluturas sub pena L ducatui et sibi Swanthoslao *pacznadzescze* promptis pecuniis.

1013. *(f. 94 v.)* [Gre]gorius de [C]zaxino prout [e]git s[uper] Przeczkonem de Banszino pro [c]ap... et ipse Przeczslaus [in] termino recognovit duas sexag[enas], sed eas recipere nolebat, quando sibi solvebantur in tempore, et hoc ipsum ad dominum iudicem prorogamus.

1014. Iohannes de Michowo coram nobis in iudicio constitutus publice recognovit se teneri nobili Zemak de ibidem unam sexagenam communis monete ad diem beati Petri apostoli proximum soluturas sub pena L et *pącznadzeszcze* paratis in pecuniis.

1015.[4]) Nyemerza de Osszek 1 s. m. contra Nyemerzam de Gawarzecz, et sibi Nyemerze de Gawarzecz t. quatuor sexagenas minus decem et octo grossis in duabus septimanis soluturas sub pena L.

1016. Iacussius *Korzib* III s. m. contra Vite *(s.)* notarium zacroczimiensem, quia noluit respondere pro eo, quod sibi dixit wlgariter: „*smiszlasz*".

1017. Nicolaus de Sobanice existens nunccius ab Allexandro ad Borscham de ibidem recognovit, quia nobilis Allexander ad te me misit, quod transiens gramina in prato triginta currus tibi dat, et *Borscha* dixit, quia tempora sunt modo valde humida, <sed postea volo ea scindere>, et ideo non est tempus prata scindendi, et[5]) hoc factum fuit una septimana post festum sancti Bartholomeii, sed postea idem Borscha postea *(s.)*, videlicet post festum sancti Michaelis veniens ad me ammonebat eadem gramina seu prata scindere, quod sibi ea assignaret.

1018. *(f. 95.)* Iohannes de Gawarzecz coram nobis publice recognovit, quia nobili Nyemerze de ibidem t. quatuor sexagenas monete mediorum gr. ad

[1]) *zam.* Bronissi. [2]) *n. r. dod.:* Krisko. [3]) *n. r. dod.:* Zarembi. [4]) *n. r. dod.:* Osziek. [5]) postea *d.*

festum sancti Adalberti proximum soluturas <fideiussit>, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem solvere se obligavit.

1019. Idem Iohannes obligavit se solvere eidem Nyemerzi decem sexagenas monete prutenicalis, tres solidos pro duobus grossis computando, ad festum Nativitatis Christi proximum soluturas sub pena L et *pacznadzescze* pecuniis in paratis [1]).

1020. Zdzeslaus de Kurzathkowo t. Iohanni de Szlepewroni duas sexagenas cum X grossis racione fideiussionis, super quas approbat in duabus septimanis sub pena L.

1021. Nynota de Osszek 1 *nestane* contra Nyemerzam de Gawarzecz.

1022. Nicolaus de Sobanice stetit in termino peremptorio coram nobis contra Cristinum de ibidem, et ipse Cristinus non stetit, neque sibi aliquis terminum prorogavit [2]).

102.* *(f. 95 v.)* **Termini zacroczimienses sabbato ante Oculi mei coram domino Martino subiudice et procuratore zacroczimiensi aliisque dignitariis tunc iudicio presidentibus etc.** *(1435, 19 mar.).*

1023. Nicolaus *Mrosz* de Voyni contra Mytal de Czapcowo 1 s. m.

103.* **Termini Novecivitatis feria V in vigilia Annunciacionis Marie uirginis coram dominis iudice, subiudice ceterisque officialibus in iudicio presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o.** *(1435, 24 mar.).*

1024. Iohannes de Goląmbe t. dimidiam alteram sexagenam gr. monete communis Iacobo de Chmelewo ad diem sancti Martini proximum solvere, si vero non solverit, extunc $^1/_2$ sexagenam racione dampni solvere se obligavit.

1025. Dzetrzich de Swirzkowo recognovit se coram nobis nobili Boguslao de Ponyatouice dimidiam nonam sexagenam cum sex grossis communis monete ad diem sancte Margarethe proximum soluturas, si autem non solverit, extunc quidcunque pro eisdem pecuniis cum ipso Dzetrzich litigando iure exposuerit, hoc ad simplicem relacionem Boguslai Dzetrzich prefatus solvere se obligavit.

1026. *(f. 96.)* Dirslaus de Rzebri 1 L, quia Nicolaum de ibidem circa iuramentum informavit.

1027. Nobilis Mroczeslaus de Kąndzerzauice coram nobis recognovit, quia pro ipso nobili Boguslao Florianus et *Szmara* de Chmelewo decem et septem sexagenas communis monete ad festum Nativitatis Christi proximum persolvere <fideiusserunt>; quiquidem Mroczeslaus eosdem Szmaram et Florianum eodem tempore promittit liberare, si autem non liberaverit, extunc idem Mroczeslaus duas *(s.)* mansos ibidem in Kąndzerzauice, videlicet Sczichowska et Petrowska cum areis in quolibet agro triplici ad areas pertinentes cum omnibus utilitatibus ad eosdem Florianum et Szmaram deperdet et ammittet eviterne et in ewm.

1028. Iasczoldus de Golambye recognovit se teneri nobili Iohanni preconi Novecivitatis duas sexagenas cum viginti grossis ad festum Nativitatis Christi proximum solutas *(s.)*, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

---

[1]) *zap. 1014 wykreślona, nad nią jednak znajduje się notatka:* non est deleta hec inscriptio Iohannis contra Nyemerze. [2]) *niżej pisarz rozpoczął wpisywać roki znajdujące się na stronie następnej, lecz niedokończywszy wykreślił:* Termini zacroczimienses sabbato in Zacroczim.

1029. Andreas de Rosthki d. testes contra Petrum de Virziki: primus Swanszek, 2-us Iasczoldus de Virziki, 3-us Bronissius de ibidem, 4-us Andreas de ibidem, 5-us Falislaus de Modzele. Rotha: *„Iakom ya Pyotra nycwyąnzal samotrzecz szilą“*. Testes: *„Iako ya to wem“*.

1030. Swanschek de Crzisczki t. persolvere tres sexagenas communis monete ad festum Nativitatis Christi proximum nobili Venceslao de Glinycze, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit, et idem Venceslaus debet uxorem ad dominum ducem adducere, quod debet se de porcione sua, que ad ipsam modo pertinet, abrenuncciare wlgaliter *virzeczssza,* et que *(f. 96 v.)* in posterum ad..... suam cadet post mortem matris sue, hanc pro se excipit.

1031.[1]) Nobilis Hanka consors Alberti de Golambye coram nobis publice recognovit, quia Nicolao de Rostky debet se abrenuncciare coram domino domino *(s.)* duce, quando fuerit per eundem requisita, de porcione sua hereditatis ibidem in Rostky, quia sibi idem Nicolaus satisfecit; insuper idem Nicolaus obligavit se solvere eidem Anne septuaginta grossos pro fine dotis persolvere a festo[2]) Pasce proximo per revolucionem unius anni sine dilacione paratis pecuniis.

1032. Ian de Brolino filius Mathie evasit Falkam de Dlugalanka pro porcione ipsius ibidem in Brolino eviterne et in ewm; <super hoc littera debet scribi>.

1033.[3]) Margaretha Nicolai consors de Lelewo coram nobis publice recognovit, quia, quemadmodum sibi nobilis *Pomyan* dimidium mansum in Czaykowo eviterne resignaverat, eundem medium mansum dicta Margaretha nobili Smichne consorti *Poman* de Czaykowo restituit et resignat cum omni iure suo eviterne et in ewm, et prout fuit antea prius in libro obligatum, hoc nullius firmitatis fieri volumus.

1034.[4]) Vitus de Gorki recognovit se teneri nobili Ade de Kowaleuice duas sexagenas cum XV grossis communis monete eciam ad diem sancte *(s.)*[5]) Martini proximum soluturas, si vero non solverit, extunc racione dampni totidem una cum pecunia capitali solvere se obligavit.

1035. *(f. 97.)* Inter stren[uum dominum] Stromilonem ex una et Vernerium dapiferum vischegradiensem ex altera partibus pro omnibus causis inter eos vertentibus terminus pendet primi adventus secunda die hic in Novacivitate domini ducis Boleslai.

1036.[6]) Iohannes alias *Kozel* de Brolino coram nobis publice recognovit se teneri nobili domino Nadmirio de Smolechowo dimidiam alteram sexagenam communis monete ad diem sancte Trinitatis proximum persolvere, si autem non solverit, extunc pro dampno totidem et domino duci L persolvere se obligavit <non tenetur>.

1037.[7]) Andreas de Rosthki d. testes contra Mathiam de ibidem: primus Iohannes Gawlowicz de Rosthki,[8]) 2-us *Przesdoma* de ibidem, 3-us Stanislaus Iacussii de Rosthki, 4-us Bronissius de Virziki, 5-us Marcissius de Goląmbe. Rotha: *„Iakom ya nyevinoszil Maczeyewy szana samotrzecz szilą“*.

[1]) *n. r. dod.:* Golembie. [2]) Nativitatis *d.* [3]) *n. r. dod.:* Lelewo. [4]) *n. r. dod.:* Gorki. [5]) Margarete *d.* [6]) *n. r. dod.:* Brolino. [7]) *n. r. dod.:* Rosthki. [8]) *sam.:* Gawlowo.

1038. Bartholomeus de Rosthki 1 s. m. contra Mathiam de ibidem.

1039. Bartholomejus de Gąszorowo 1 s. m. contra Borzim de ibidem.

1040.[1]) *Gromadza* de Gnati d. testes contra Annam de ibidem: primus Vitus de Gorki, 2-us Iacussius *Sukouicz* <de ibidem>, 3-us Staszek de Gnati, 4-us Maczey *Zaluska* de ibidem, 5-us[2]) Petrus de Iableczniki. Rotha: *„Oktore rani szalowala Hanka namya, <za> thim ya gey zaplaczil ydosszicz uczinyl"*. Testes: *„Iako ya to wem"*.

1041. Thomas notarius lompzensis 1 L contra Stopkam ob non solucionem debiti acquisiti.

1042. *(f. 97 v.)*. Laurencius de Panthky tres sexagenas monete communis racione furticinii in sex septimanis domino vexillifero et preconi Novecivitatis sub pena L soluturas.

1043. Nobilis Andreas alias *Stopka* obligavit se solvere unam sexagenam in primis terminis post festum Pasce proximum sub pena L nobili Petrassio de Szwirczewo.

1044.[3]) Stephanus d. testes contra *Gromadza* de Gnati: primus Maczey de ibidem, 2-us *Gnath* de ibidem, 3-us Stephanus de Glinnicze, 4-us Maczey advocatus de Vynnicza, 5-us Faląnta de Zalesze. Rotha: *„Iakom ya nyezabil Gromadzina szyfrza szilą"*. Testes: *„Iako ya to wem"*.

1045. Stephanus de Gnati 1 L contra Iohannem de Sczepankowo, et sibi Iohanni idem Stephanus t. *pacznadzeszcze* composicionis alias *zkladem* in sex septimanis sub pena L.

104.[4]) **Termini czechonovienses sabbato in crastino sancte Marie Anuncciacionis sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram Floriano de Zdunowo, Allexandro de Grąpczewo.** *(1435. 26 mart.).*

1046. Boguslaus cum *Borscha* de Sobanice coram nobis recognoverunt, quia fideiusserunt nobili Andree de Vilami[4]) duas sexagenas monete communis a die Pentecosten proximo per revolucionem unius anni soluturas, si autem non solverint, extunc racione dampni totidem solvere se obligarunt.

1047. Insuper *Wsczele* de Sobanice con*(f. 98.)*stitutus fideiuss[it pro] Boguslao et *Borschi* de Sobanice, quod eos de caucione predicta in illo tempore super descripto liberare *(S.)*, si autem non liberaverint *(s.)*, extunc tantum pro dampno eisdem et pecuniam capitalem solvere se obligavit, et Cristinus de Sobanice promisit iamdictum *Wsczele* de predicta caucione fideiussionis tempore deputato liberare, si autem non liberaverit, extunc quodcunque dampnum ipse *Wsczele* hoc facto habuerit, hoc ipsum in eundem Cristinum ad simplicem relacionem *Wsczele* prefati redundabit.

1048. Dirslaus de Czapkowo 1 L contra nobilem Abraham de Grąpczewo et sibi mediam sexagenam paratis pecuniis in sex septimanis sub pena L soluturas.

1049. Stanislaus *Glowa* d. unum testem contra Zemak de Michowo videlicet Nicolaum de Kurzathkowo. Rotha: *„Iako Zemak neraczil zamą Zdzeszkowi wzdana weitrzech kopach"*. Testis..

1050. Nicolaus cum Paulo filio suo de Squari coram nobis publice recognoverunt se teneri nobili Stanislao de Grąpczewo dimidiam sextam sexagenam

---

[1]) *n. r. dod.:* Gnathi, *późniejszą* Gnaty. [2]) Iacussius de Sczepankowo *d.* [3]) *n. r. dod.:* Ducet (s.) testes Gnatowsky. [4]) *zam.* ibidem.

monete et numeri prutenicalis ad Priviumcarnis proximum sine aliqua dilacione solutas manu coniuncta.

1051. Przeczslaus de Bąnszino 1 s. m. contra Gregorium kmetonem de Czaxino et sibi Gregorio t. duas sexagenas in duabus septimanis sub pena L.

1052. *Głowa* de Kurzanthkowo 1 s. m.[1]) contra Zemakonem de Michowo, et ipsum Zemak prima via in Zacroczim de obligacione ad Zdzeslaum et de pena sex marcarum, quam est prolapsus, debet liberare sub pena.

1053. *(f. 95 v.)* Elizabeth cum .....ka de Grąpczewo heredes causam wlgariter *przą* nobili Allexandro de ibidem contulerunt et assignarunt contra nobiles Abraham, Thomam, Thoszonem, Mathiam et Paulum de ibidem, dans dicto suo procuratori omnimodam potestatem omnia et singula facere, disponere, ordinare potenter, uti sola interesset propria in persona.

1054.[2]) Florianus de Zdunowo egit super nobilem Nyemerzam de Osszek in hec verba: „ago super Nemerzam eundem, quia me dehonestat coram iudicio dicendo, quod ipsum dampnarem wlgariter *paraszasz (s.) mą*", et ipse Nemerza negavit, quod sibi hoc diceret, et Florianus ad iudicium recepit per corulum cum eodem Nyemerza, et hoc ipsum ad dominum iudicem prorogamus.

1055. Przeczslaus de Bąnszino ex parte *Marschalcowey* de Zaborowo dixit, quia Allexander de Grąpczewo est ex parte domini subiudicis, sedet in iudicio, et causam domini Nicolai presbiteri, si est iuris vel non, ad dominum iudicem prorogamus.

1056. Nicolaus kmeto de Vroblewo ammonuit coram nobis, quia honorabilis dominus *Squara* canonicus warschoviensis ex decreto <iudicii> debuit facere resignacionem proxima via domini ducis in Zacroczim iam prope preterita et non resignavit eandem obligacionem in Squari, et hoc ipsum ad duas septimanas.

1057. Olczuch de Strobino II LL contra Petrum de Iarluti ob non solucionem census, et Sassino familiari suo hoc finire commisit, sicut solus interesset.

1058. *Squara* canonicus Varsoviensis 1 L contra Nicolaum de Vroblewo, quia sibi non resignavit obligacionem.

105. *(f. 99.)* **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante dominicam Iudica me etc. sub a. d. M-o CCCC-o XXXV-o coram Silamo iudice et Martino subiudice etc.** *(1435, 2 apr.).*

1059.[3]) Domina Pyechna Indrzichowa cum pueris suis videlicet Paulo, Warschka et Byeata de Zalusky recognoverunt, quia nobilis Petrus de ibidem tres sexagenas gr. cum XX-ti grossis de isto debito, quod sibi super solvere tenebatur, ipsis iam exsolverit.

1060.[4]) Petrus de Zalusky recognovit, quia Pyechne Indrzichowe cum pueris suis de ibidem duas sexagenas gr. communis a festo proximo Pasce in spacio sex annorum in festo eiusdem t. solvere et debet.

1061. Littera. Prout domina Katherina Chrczonowa una cum *Donyno* filio suo de Myanczino nobilem Paulum de ibidem, pro quadam via ibidem in Myanczino citaverant, tandem ipse Paulus in termino ipsis asignato termino astitit

---

[1]) *wpisane u góry:* solvit duplicem penam s. m. [2]) *n. r. dod.:* Zdunowo. [3]) *n. r. dod.:* Zaluski. [4]) *n. r. dod.:* Zaluski.

et ipsa domina cum *Donym* non steterunt, nos <vero> visa huiusmodi terminorum *(f. 99 v.)* [non] paricione pred[icte] domine cum filio suo, prememorato Paulo ipsam viam adiudicavimus perpetuum *(s.)* temporibus sepius dicte vero domine cum filio suo perpetuum silencium inponemus etc.

1062. Nicolaus, Katherina de Zlothopolicze contra Iohannem in Kamyenicza, quilibet ipsorum 1 [1]) s. m.

1063. Laurencius laboriosus de Myanczino d. testes contra Nicolaum de Choczeschewo: primus *Cuczylo* de Myanczino, 2-us Nikel de ibidem, 3-us Petrus de Smoschewo, 4-us Petrus Karczeuicz in Golamino, 5-us advocatus de ibidem. Rotha: *„Lykom vz za vini panu dossicz vczynl (s.), oktore me rakoymye szkodzi"*.

106.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima ante dominicam Ramis palmarum coram dominis iudice, subiudice ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXX quinto. *(1435, 7 apr.).*

1064. *(f. 100.)* Ianussius de.... 1 s. m. contra Bronissium de Szweszewo, et sibi Bronissio unam sexagenam cum XII grossis in quatuor septimanis sub pena L.

1065. [2]) Domini decreverunt, quia strenuus dominus Paulus de Noszitlsko cum testibus venit ad iuramentum [3]) nolens iurare contra [4]) Iohannem de Zalesze, et ipse Iohannes ibidem existens personaliter dixit, quia dominus Paulus ex decreto domini subiudicis litteram domini ducis debuit hodie presentare, quod fuit ante duabus septimanis in servicio ducali [5]) et non presentavit, et hoc facto recipio pro lucro et pro dicione, et hoc ipsum ad dominum ducem prorogamus.

1066. Nobilis Dorothea conthoralis Iohannis de Pąnsze *(s.)* coram nobis constituta personaliter publice se expressit de porcione sua hereditatis [6]) in Smirdzigrochi wlgariter *virzeklasza* nobilibus Vlodkoni et Alberto de ibidem, dicens, quia ei satisfecerunt pro eadem.

1067. Nobilis Iohannes de Voszniki coram nobis constitutus personaliter publice recognovit, quia nobili Clementi de Lossowo contulit et resignavit super domino Martino quondam de Lossowo certum debitum suum centum quadraginta et unius *(s.)* sexagenarum monete communis, quas sibi Iohanni idem Martinus in libro iudiciali solvere obligavit, dans dicto Clementi fratri suo easdem centum quadraginta et unam sexagenam recipere, levare, lucrari et quod absit perdere, uti solus Iohannes facere posset in premissis.

1068. *(f. 100 v.)* Ian de Gadnowo 1 s. m. contra nobilem Dzetrzich de Szwirzkowo.

1069. Zemak de Bandostowo recognovit se teneri nobili Mroczeslao de Meszki duas sexagenas monete communis ad diem Pentecosten proximum sub totidem dampni paratis pecuniis, tam pecuniam capitalem, quam eciam dampnosam soluturas.

1070. *Stopka* de Kąndzerzauice 1 s. m. contra Iohannem *Przesgacz.*

1071. Ian de Smirdzigrochi d. testes contra ducatum pro furto.

1072. [7]) Nicolaus de Czaykowo coram nobis publice recognovit se teneri nobili Przeczslao de Godaczewo decem sexagenas monete communis a festo sancti Iohan-

[1]) sexagenam *d.* [2]) *n. r. dod.:* Noszitlsko. [3]) contra *d.* [4]) Paulum *d.* [5]) nec non *d.* [6]) ibide *d.* [7]) *n. r. dod.:* Czaikowo.

nis Baptiste proximo per revolucionem unius anni persolvere, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit paratis pecuniis tam pecuniam capitalem, quam eciam dampnosam similiter.

1073. Ian de Smirdzigrochi d. testes contra ducatum: primus Clemens, 2-us Nicolaus de Dlugaląnka, 3-us *Lada,* 4-us Laurencius *Burk* de Kansze, 5-us Paulus *Lenk* de Zalesze, 6-us Bartholomeus de Slunczewo. Rotha: *„Iako ya to wem, ysz Ian nyeczradne w xąnszey szemy any schąssa szlewe“.*

1074.[1]) *(f. 101.)* Mathias de Rzebri d. testes contra[2]) Dorotheam contoralem Ramoldi de ibidem: primus Wszeborius cum Bartholomeo de Gąnszorowo, <*Lada* de Kansze>[3]), Clemens de Kansze, Petrus *Ladzicz* de ibidem. Rotha: *„Iakom ya nyebil Dorothky w gey domu samocztwarth szilą, anym gey dw polyczku dal“.* Testes: *„Iako ya to wem“.*

1075. *Czczey* de Gorki 1 L contra Swanthoslaum de ibidem.

1076.[1]) Mroczeslaus de Rzebri t. Nicolao de ibidem quinquaginta duos grossos communis monete a die crastina per unam septimanam sub totidem dampni soluturas.

1077. Iacussius de Kathne recognovit se teneri nobili Petro de Mazowo tres sexagenas communis monete a festo Pasce proximo per spacium duorum annorum continue se sequencium soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit paratis pecuniis tam capitalem, quam dampnosam pecuniam.

1078.[4]) Zdzeslaus de Gorki d. testes contra Swanthoslaum de ibidem: primus Clemens de Oldaky, 2-us Ialbricus de Clukowo, 3-us Petrus de Iablecznicky, 4-us Nicolaus Pyotrkouicz de Gnati, 5-us Passzek. Rotha: *„Oktori lass Swanthoslaw namo szalowal, thom ya rąmbil wswey oczczisnye“.* Testes: *„Iako ya to..“*

1079. *(f. 101 v.)* Nobilis Nadmirus de Smolechowo publice recognovit se teneri racione fideiussionis nobili Gottardo de Gylino pro nobili Laurencio de Gosczimino quindecim sexagenas monete communis ad diem sancte Nativitatis Christi proximum soluturas, si autem non solverit, aut solvere quovismodo solvere *(s.)* neglexerit, extunc racione dampni tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, paratis pecuniis solvere se obligavit paratis pecuniis et nullis composicionibus, aut obligacionibus ipsum Gottardum ewadendo, sed paratis pecuniis, et de Smolechowo hic respondebit.

1080. Thomas notarius lompzensis II LL contra *Stopkam* ob non solucionem debiti acquisiti.

107.* Termini czechonovienses sabbato ante dominicam Ramis palmarum coram Floriano de Zdunowo, Allexandro de Grąmpczewo sub a. d. Mi-o CCCC-o XXXV-o. *(1435, 9 apr.).*

1081. Andrea de Vilkowye filius Sądkonis 1 *nestane* contra Michaelem de Zagorzice.

1082. *Squara* canonicus varschoviensis 1 *nestane* contra Nicolaum kmetonem de Vroblewo.

1083. Michael kmeto Stanislai de Postrusze t. XIX grossos in sex septimanis nobili Allexandro de Grąpczewo sub pena L soluturas, et pro gasis et se-

[1]) *n. r. dod.:* Żebri. [2]) Ramol *d.* [3]) *zam.* Laurencius, Iohannes, Petrus de Kąnsze. [4]) *n. r. dod.:* Gorki.

pibus et pro penis, pro quibus fuit per Albertum citatus, ad dominum iudicem prorogamus.

1084. Stanislaus *Glowa* de Kurzathkowo 1 s. m. contra Zemak de Michowo, et ipsum Zemak prima via domini ducis in Zacroczim de caucione resignacionis trium sexagenarum debet liberare sub pena L.

1085. *(f. 102.)* Iohannes de Szlepewroni stans per se coram nobis ammonuit habere terminum cum strenuo domino Stiborio de Colozamb pro eo, quod ipsum Iohannem citaverat pro concordia quadam, et ipse Iohannes stetit, Stiborius vero prefatus non stetit, ita quod meum fideiussorem dampnificat, et non debuit eum dampnificare.

1086. Dominus Iohannes vexillifer czechonoviensis per ipsius procuratorem stetit in termino ad iudicem deputato contra Abraham de Gawarzecz pro kmetone *Szewyoro,* et ipse Abraham non stetit.

1087.[1]) Santor stetit in termino dicens, quia habeo terminum cum Abraham de Gawarzecz pro kmetone *Szewioro,* et ipse Abraham non stetit in termino peremptorio.

1088. Olczuch III LLL contra Petrum.

108.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima ante festum sancti Georgii coram dominis subiudice ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o. *(1435, 21 apr.).*

1089.[2]) Dominus Iohannes de Stregoczino succamerarius wischegradiensis coram nobis publice recognovit se teneri nobili Ade de Kowaleuice sex sexagenas communis monete ad festum Penthecostes proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1090.[3]) Ian de Byelani per ipsius procuratorem coram nobis recognovit publice quia fideiussit uxori Nicolai filii sui <dotalicii> quindecim sexagenas in sua hereditate Byelani prima via adventus domini ducis in Novacivitate in medietate ipsius porcionis.

1091. *(f. 102 v.).* Strenuus dominus *Stromilo* de Szgerz luit quindecim penas quinquagenales contra nobilem Iacussium filium Vlostonis, et sibi Iacussio decem sexagenas in sex septimanis sub pena L.

1092. Wscheborius de Gąszorowo constitutus personaliter coram nobis publice [recognovit], quia nobili Budziwgio de Komorowo duas sexagenas monete communis a festo sancte Margarethe proximo per spacium unius anni soluturas sub pena quinquagenali.

1093.[4]) Nobilis Gunoldus de Zauisti coram nobis publice recognovit se teneri nobili Ade de Kowaleuice duas sexagenas cum quindecim grossis monete communis ad diem sancti Martini proximum soluturas, si autem non solverit, extunc totam suam porcionem hereditatis ibidem in Zauisti ad eundem perdet eviterne et in ewm racione dampni.

1094. Nobilis Andreas de Virziki publice recognovit se teneri nobili Budziwgio de Komorowo duas sexagenas minus duobus grossis a festo sancte Margarethe proximo per revolucionem unius anni soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit[5]).

[1]) Sze *d.* [2]) *n. r. dod.:* Stregoczino. [3]) *n. r. dod.:* Bieliani. [4]) *n. r. dod:* Zawisti. [5]) *wykr. niedokończona zapiska:* Nobilis Maczk..

1095.[1]) Nobilis Iachna conthoralis Iohannis de Mazowo d. testes contra[2]) Paulum de ibidem: primus Clemens de Dlugalanka, 2-us Stephanus *Burza*, 3-us Przeczslaus de Borze, 4-us Iohannes de Oszek, 5-us Brzenk de Smirdzigrochi. Rotha: *„Oktore zaoranye y ozagrodzene szalowal Paszek namo, othom ya snym vgednana, ez nemyal namo*[3]*) poziwacz“. (f. 103.)* Arbitri: *„Iakom ya to vgednal, oktore zaoranye yozagrodzenye szalowal Paszek na Iachną, othom ge ya vgednal, ez gey nyemyal poziwacz“.*

1096.[4]) Przeczslaus de Godacze coram nobis publice recognovit se teneri nobili Iasczoldo de Virziki tres sexagenas <minus> duodecim grossis communis monete a festo sancti Iohannis Baptiste proximo per revolucionem unius anni soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1097.[5]) Mączk de Virziki recognovit se teneri nobili Vislao de Golambye duas sexagenas monete communis cum decem grossis ad diem Nativitatis Marie uirginis gloriose proximum soluturas.

1098.[6]) Nobilis Mroczeslaus de Rzebri recognovit se teneri nobili Falibogio de ibidem dimidiam alteram sexagenam cum quinque grossis monete communis ad diem vel ad vigiliam Nativitatis Christi proximum soluturas sine omni dilacione.

1099. *Lada* pro penis pro Przedboryo de Rzebri domino..

109.* *(f. 103 v.)* **Termini zacroczimienses coram dominis Silamo iudice, Martino subiudice zacroczimiensibus ceterisque officialibus in iudicio Zacroczimiensi presidentibus sabbato proximo ante festum <sanctorum> Philipi et Iacobi apostolorum sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o.** *(1435, 30 apr.).*

1100. *Lascz* Dlotowski II s. m. contra Prussinum.

1101.[7]) Swanthoslaus de Ianowo d. testes contra Dobeslaum et Adam opidanos zacroczimienses: primus Andreas de Sciperno, 2-us Ratibor de Zarąbino, 3-us Swanschek de ibidem, 4-us Venceslaus de Falibogi, 5-us Velebor de Zalusky. Rotha: *„Yakom ya nyeodbil Dobkouich y Adamouich*[8]*) robotnikow od gych szita po obrączenu pyenyandzy samotrzecz szilą“.* Testes: *„Iako ya to wem“.*

1102. *Borscha* de Sobanice 1 s. m. contra Budkonem de Voyni, quia non citans egit.

1103. Budek de Voyni d. testes contra Annam de Gnyeweuice: primus Wlosth de Woyni, 2-us Clemens de ibidem, 3-us Borzignew, 4-us Falk de Nyepekli, 5-us Ian de Falibogi. Rotha: *„Oktorą puscziną szalowala Hanka namyą, tey dzesszancz lath myąla (s.)“.* Testes: *„Yaco wem, o ktorą puscziną szalowala Hanka na Budka“* etc.

1104. Iohannes de Blandowo 1 L contra Petrum kmetonem domini ducis pro verberacione, et domino duci tres marcas in sex septimanis sub pena L persolvere.

110.* **Termini Novecivitats feria quinta die sancti Gottardi confessoris gloriosi sub a. d. M-o CCCC-o XXXV-o coram dominis Silamo iudice ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus.** *(1435, 5 maii).*

1105.[9]) *(f. 104.)* Zdzeslaus cum Nicolao filio suo prime uxoris <de Gorki>

[1]) *n. r. dod.:* Mazowo. [2]) Iohannem *d.* [3]) szalowacz *d.* [4]) *n. r. dod.:* Godacze. [5]) *n. r. dod.:* Virziki. [6]) *n. r. dod.:* Zebri. [7]) *n. r. dod.:* Ianowo. [8]) *w oryg.* yadamouich. [9]) *n. r. dod.:* Lapsus Gorky, Gorki.

coram nobis publice recognoverunt, quia nobilibus Swanthoslao et Zdzeslao de ibidem tenentur quindecim sexagenas monete communis in duabus septimanis persolvere, si autem non solverint, aut solvere neglexerint quovismodo, extunc porcionem ipsorum hereditatis totam quartam, que iacet in predio a Petri silva dicta *Karw* procedendo circa metas Martini de Gorki heredem usque ad graniciem angularem Kądzerzauice, perdent et ammittent eviterne et in ewm cum omnibus utilitatibus.

1106. Famosa Swantochna quondam conthoralis Borzim bone memorie de Gromadzino coram nobis personaliter constituta publice recognovit, quia nobili Petro filio suo de Iarluti causam suam dedit, contulit contra quascunque personas, cuiuscunque condicionis, status et eminencie fuerint, pro omnibus causis, quas habet vel habitura esset, dans dicto suo procuratori plenum mandatum et omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi, omnia et singula faciendi, veluti sola interesset propria in persona.

1107.[1]) Nobilis Iohannes alias *Kozel* de Brolino coram nobis publice recognovit, quia nobili Swanthoslao de Goląmbye dimidiam alteram sexagenam cum sex grossis monete communis ad diem Annunciacionis Marie virginis gloriose proximum sub pena quinquagenali ducatu et sibi *pącznadzeszcze* soluturas.

1108. Thomas de Gzi II s. m. contra Otham de Maloklanky.

1109. *(f. 104 v.)*. Nobilis Thomas heres de Gzy iure victo nobili Hocze heredi de Maloclącoth *(s.)* t. tres sexagenas minus decem grossis, octuaginta grossos pro manicis et pro tunica dimidiam alteram sexagenam sue sorori in sex septimanis soluturas etc.

1110. Nicolaus heres de Pnyewo 1 L contra Iohannem de Pyanowo.

1111. Nobilis Clemens heres de Dlugaląka coram nobis personaliter constitutus Iohannem preconem constituit in suum procuratorem necnon actorem in suis omnibus et singulis tam magnis [quam] parwis causis cum quibuscunque personis agendi, faciendi, prout solus talibus personaliter interesset.

1309. Petrus de Gawlowo recognovit se teneri nobili *Grabya* de Nouemasto duas sexagenas minus tribus grossis ad diem Priviicarnis proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni solvere se obligavit.

124.* *(f. 120 v.)* **Acta in Zacroczim die sancte Marie uirginis visitacionis sub a. Nativitatis Christi millesimo CCCC-o XXXV-o coram domino Martino subiudice zacroczimiensi.** *(1435, 2 iuli.).*

1310. Nobilis Florianus de Zdunowo coram nobis publice recognovit se teneri Iohanni alias *Wyeczorek* de Naborowo tres sexagenas monete communis a die sancti Bartholomeii apostoli proximo per revolucionem unius anni soluturas[1]), et hoc nullis vadiis neque obligacionibus vel quibusvis excusacionibus ipsum Iohannem evadendo, nisi paratis pecuniis persolvere.

125.* **Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Visitacionis Marie virginis gloriose coram Silamo iudice zacroczimiensi sub a. d. millesimo [CCCC-o] XXXV-o.** *(1435, 9 iul.).*

1311. Albertus de Zayączky contra Andream de ibidem 1 s. m. et idem Andreas ipso Alberto unam sexagenam cum sex grossis communis monete debet in sex septimanis.

1312. Zmichna de Voyni contra Budconem in *(s.)* ibidem 1 s. m.

1313. Nobiles Dobek, Nicolaus de Strobino et Falk de alia Strobino coram iudicio relinquerunt se alias *ostalyssyą* pro porcione hereditatis *(f. 121.)* hereditatis *(s.)* in alia Strobino Iohannis *Sokolyk* bone memorie, quam tenent in obligacione contra Bronissium eciam de Strobino ita, quia ipsam porcionem predictam tenere habetur iuxta litteras ipsorum obligatorias iudiciales in pecuniis, prout in litteris ipsorum continentur.

1314. Dominus Iohannes de Kuchari vexillifer vischegradiensis contra *Malenkam* de Proskowo 1 *nestane.*

1315. Recognicio fideiussorum. Nobiles Mscislaus de Naborowo, Stanislaus de Coricziska tanquam fideiussores nobilis *Malencze* de Proscowo recognoverunt, quia strenuus miles dominus Iohannes vexillifer de Kuchari boves kmethonis, quem *Malenka* caucionavit, ab ipso domino Iohanne noluit dare ad caucionem super predictos fideiussores post caucionem.

1316. Przedbor preco d. testes contra Stanislaum in Czepyelewo: primus[2]) Falek de Nyepyecly, 2-us Petrus [de] ibidem, 3-us.. *„Oktory dług namyą Stanislaw zalował, to mu dalem pyancznaczcze lyath“*, sicut bene sciunt.

1317. *(f. 121 v.)* Astitucio termini. Vidimus Budkonem de Voyni super et contra Laurencium de Sobole in terminum stantem, et ipse Laurencius citans ipsum B., quia cum aratro ipsius agros araret, termino non stetit nec aliquis sibi dilatavit.

1318. Dominus Pelca de Vronska 1 L contra Paulum de Smeczino pro non solucione debiti.

[1]) si autem *d.* [2]) St *d.*

126.* Termini Novecivitatis feria quinta proxima post festum sancte Margarethe coram dominis iudice, subiudice ceterisque officialibus in iudicio Novecivitatis presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o. *(1435, 14 iul.).*

1319. Nobilis *Lada* de Gnati recognovit se teneri strenuo domino Paulo de Noszitlsko XL grossos monete communis ad diem Nativitatis Marie uirginis soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1320. Strenuus dominus *Stromilo* de Szgerz 1 s. m. contra dominum Vernerium dapiferum wischegradiensem, sibique Vernerio idem dominus *Stromilo* t. ducentas sexagenas grossorum, quarum ducentarum sexagenarum terciam partem in decem et octo septimanis, et aliam terciam partem in aliis decem et octo septimanis, et terciam partem eaorundem ducentarum sexagenarum in terciis decem et octo septimanis soluturas sub pena L, sed Vernerius idem debuit super dampnum iurare et circa crucem; et coram nobis receperunt pro eisdem ducentis sexagenis super bonos viros ad arbitrandum hoc in duabus septimanis.

1321. *(f. 122.)* Paulus de Gawlowo d. testes contra dominam Gelam de ibidem.

1322. Nicolaus de Gąnszorowo[1]) 1 s. m. contra Vlodkonem de Rosthki.

1323. Paszek de Mazowo II s. m. contra Iasczoldum de Goląmbye.

1324. Sandek de Meschki d. testes contra Stephanum de ibidem: primus Zdzeslaus de Stpice, 2-us Mroczek de ibidem. Rotha: *„Iakom ya nyewynowath Szczpanowy braczskich pyenądzi oszmidzesszanth grosszi“*. Testes.

1325. Clemens de Oldaki d. testes contra Bernardum plebanum de Iunecz: primus Nicolaus de Gzi, 2-us Ian *Ladzicz*, 3-us Petrus *Ladzicz* de Kąnsze, 4-us Staszek de ibidem, 5-us *Kosczesza* de Zalesze. Rotha: *„Iakom ya nyeodbyl Bernatovim kmeczem bidla samowtor szila“*.

1326. Item Mathias de ibidem d. testes eosdem contra eundem B. Rotha: *„Iakom ya nye odbyl“* ut supra.

1327. Nicolaus de Choromani coram nobis publice recognovit, quia nobili Boguslao de Ponatouice unam sexagenam monete communis ad festum Nativitatis Christi proximum soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit paratis pecuniis una cum pecunia capitali.

1328. Falk de Gorki coram nobis recognovit se teneri nobili Boguslao de Ponyatouice dimidiam alteram sexagenam communis monete ad diem sancte Nativitatis Christi proximum, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit paratis pecuniis una cum pecunia capitali.

1329. *(f. 122 v.)* Paulus de Gawlowo d. testes contra Gelam[2]): primus Dzetrzich de Szwirzkowo, 2-us Nicolaus *Lubanssicz* de Rostki, 4-us *(s.)* Andreas de Mazowo, 5-us Petrus de ibidem. Rotha: *„Iakom ya thą nywą swim possagem occupil pirwey, niszli Gela swoy possag wloszila“*.

1330. Andreas de Stpice contulit causam suam alias *przą* nobili *Zalocze* de Slunczewo contra Zdzeslaum de Stpice, dans dicto suo procuratori potestatem omnimodam.

1331. Ian de Mazowo 1 L contra Petrum de ibidem pro turpiloq[u]io, et sibi Petro *pacznadzescze* paratis pecuniis in sex septimanis soluturas.

[1]) d *d.* [2]) Nicolaus de Ganszorowo 1 s. m contra Wlothkonem de Rosthky *d.*

1332. Mroczek de Klucowo 1 s. m. contra Mironegium de Golambe.

1333. <Staschek de Chmelewo 1 *nestane* contra *Rogalam* de Brodowo>.

1334. Sentencia. Domini decreverunt nobili Petro de Mazowo porcionem bonorum mobilium, videlicet frumentorum [1]), peccorum et pecudorum Pauli in ibidem recipere et levare, que bona preco predicto Petro debet dare et porrigere eciam iuxta [2]) sentenciam dominorum.

1335. Albertus procurator domini Pauli de Noszi tlsko nominans se esse potentem in terminis domini sui coram nobis publice recognovit, quia pro penis omnibus, quas Przedborius de Rzebri tenebatur solvere, sibi satisfecit cum effectu nobilis *Lada* de Gnati, quia dominus Dzetrzich domino Paulo eidem ad tollendum penas predictas comisit

127.* *(f. 123.)* **Notentur termini czechonovienses sabbato in crastino Divisionis apostolorum sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o coram dominis Zemak iudice cancellario ceterisque officialibus in iudicio in Zacroczim presidentibus in presencia domini ducis.** *(1435, 16 iul.)*

1336. Albertus de Vylcowge 1 s. m. contra <Mathiam et Philipum kmetones> [3]) de Choczeszewo, et ipsis kmetonibus videlicet Philipo et Mathie tres marcas in duabus septimanis sub pena L persolvere.

1337. Boguslaus, Paulus et Meczslaus causam ipsorum alias *przą* contra Daczbogium et suos fratres de Kozarzewo nobili Nicolao de Voyni contulerunt et assignaverunt ita, quod sit potens in causa hereditatis Kozarzewo testes attemptare.

1338. Vitus de Vylkowge 1 s. m. contra Albertum de ibidem et..

1339. Michael de Skarzino 1 s. m. contra Nicolaum de ibidem.

1340. Marcissius de ibidem 1 s. m. contra Nicolaum eundem.

1341. Pelka de Scarzino 1 s. m. contra Marcissium de ibidem.

1342. Domina Ondrzeyowa de Galmino debet approbare <scabinis> super Nicolaum kmetonem de Sobanice, quod non habet iniuriam sibi per eam illatam, in hec verba, quia Nicolaus intravit in domum, quam acceptavit [4]) de curia domine ex mandato.

1343. *(f. 123 v.)* Domini liberaverunt ex sentencia iudiciali nobiles Iohannem de Slepewroni et Dobeslaum de Strobino in causa strenui domini Stiborii de Colozamby, in qua eosdem citaverat, quod suum fideiussorem nocuerant et dampnificaverant pro eo, quod idem Stiborius lapsutam fecit in iuramento.

1344. Vitus de Vilcowge 1 s. m. contra Albertum de ibidem, et idem Vitus debet [5]) liberare eundem Albertum de tribus marcis, quas super eo *(s.)* kmetones acquisiverunt ad duas septimanas sub pena L.

1345. Stanislaus filiaster Cristini de Grąpczewo 1 s. m. contra Abraham de ibidem.

1346. Nicolaus de ibidem 1 s. m. contra eundem.

1347. Nicolaus de Sankowo d. testes contra dominam Agnetam de ibidem: primus Nicolaus de Vnyemino, 2-us Andreas *Thabor* de ibidem, 3-us Passzek [6]) de Konari, 4-us Passzek de Kurzanthkowo, 5-us Dobeslaus de ibidem.

[1]) et *d.* [2]) in s *a.* [3]) *cum.* Iohannem procuratorem. [4]) libere sed sibi domina non mandavit *d.* [5]) debet *d.* [6]) 4-us *d*

Rotha: *„Oktore bidlo Gegnyeszka szalowala namo, thegom ya nyevibyl sgey obori szilą“*. Testes.

1348. Idem d. testes contra eandem dominam: primus Ianek <*Pąchirzina*> de Mislcowo, 2-us Voyslaus de ibidem, 3-us Lutek de Bolanczino, 4-us Ianek de Kurzantkowo, 5-us Nicolaus *Gluchouicz* de ibidem. Rotha: *„Iakom ya nyedal swim ludzem cząszey wszącz, anym Gegnyeszczini dzewky zbil“*. Testes.

1349. Domini in iudicio residentes in presencia domini ducis sentenciaverunt, quia quemadmodum honesta relicta <Elizabeth> Martini bone memorie de Nyepyekli nobiles Iaskonem et Thomislaum de Grąpczewo pro porcione ipsius hereditatis ibidem in Grąpczewo citaverat et [1]) in iudicio egisset, tandem domini *(f. 124.)* eandem Elizabeth ab eadem porcione hereditatis recluserunt, sibi pacem, silencium perpetuum inponentes, dictis iam Thomislao et Iaszkoń in eadem porcione hereditatis pacem et possessionem adiudicando eviterne.

1350. Iacub de Zassonye 1 s. m. contra Petrum de Yarluti.

1351.[2]) Nobilis Marcissius de Skarzino coram nobis publice recognovit se teneri nobili Iohanni de ibidem novem sexagenas cum viginti grossis monete et numeri prutenicalis ad diem Pasce proximum et alias novem sexagenas cum viginti grossis monete eiusdem, ut supra, a festo sancti Michaelis proximo per revolucionem unius anni soluturas, et hoc nowos solidos debet dare sub totidem dampni paratis pecuniis tam capitalem, quam eciam dampnosam.

1352. Generosa domina Margaretha de Golinino d. testes contra Nicolaum kmetonem de Sobanice: primus Iohannes de Nyeborzino, 2-us *Nyemerza* de Gawarzecz, 3-us Raczibor de Zarąmbino, 4-us Ianek de ibidem, 5-us Swanschek de Zarąmbino. Rotha: *„Iakom ya nyekazala swemu wlodarzewy My colayowa gymyenya wszczagnącz porąnkogemstwe“*.

1353. Iohannes marschalci bone memorie de Sanchoczino 1 *nestane* contra Andream de Golemino.

1354. *Gempza* <Mroczek> de Vichorowo d. testes contra Venceslaum alias *Vączschi* de ibidem: primus Marcissius de Brodi, 2-us Iacub filiaster Przeczkonis de Scarzino, 3-us Marcissius filius eiusdem de ibidem, 4-us Marcissius de Gilino, 5-us Laurencius de Grąpczewo. Rotha. Rotha *(s.)*. *„Iakom na* [3]) *Wyaczslawowa wyesz nyeprzibyeszal gwaltem, anym nany bil“*.

1355. *(f. 124 v.)*. Andreas Galewski citans Iohannem de Sarbyewo pro duplici causa violencie videlicet, quod sibi trabes reciperet et angulos domus concutterit violenter, solus non stetit et Iohannes, et ideo causam suam ammisit.

1356. Paulus preco czirwensis coram nobis recognovit, quia ex parte *Wyaczszik* de Vichorowo nobilem *Gempzam* de ibidem in die sancte Margarethe proxime preterito citavit pro hereditate.

1357. Budek de Voyni d. testes contra contra *(s.)* Vislaum, Iacobum et Falkam de ibidem: primus Cristinus de ibidem, 2-us [4]) Ian de Falibogi, 3-us Nicolaus de Zayączky, 4-us Swanszek de Zarąbi, 5-us Staschek de Coriciska. Rotha. *„Oktorą puscziną namyą szalowali Iacubowi dzeczi, tegem ya nyepobral“*. Testes: *„Iakoya to wem“*.

[1]) in di *d.* [2]) *n. r. dod.:* Golimino. [3]) *w oryginale:* nawyaczslawowe. [4]) fa *d.*

1358.[1]) Iohannes de Michowo publice coram nobis recognovit, quia Nicolao de ibidem terciam porcionem hereditatis porcionis ipsius ibidem in Michowo cum omnibus utilitatibus et cum iure in littera Mscislai de Czeczorki contento a festo Nativitatis Christi proxime venturo per revolucionem sex annorum continue se sequencium <in decem sexagenis grossorum> rite ac racionabiliter obligavit, si autem non exemerit sexto anno adveniente ut prefertur, extunc de anno ad annum, videlicet ab uno festo Nativitatis Christi ad aliud festum Nativitatis eiusdem, idem Nicolaus eandem obligacionem tenebit, habebit; tamdiu, quousque sibi Nicolao aut sue posteritati iam dictam summam pecuniarum moneta in communi fuerit plenarie persoluta per eundem Iohannem vel suos successores, et coram domino duce circa festum sancti Michaelis proximum debent resignare.

1359.[2]) *(f. 125.)* Item Nicolaus de Michowo personaliter coram nobis publice recognovit, quia eandem tenutam seu obligacionem, quam a Iohanne de ibidem habuit in obligacione, cum omni iure suo nichil pro se reservans et cum littera obligatoria, quam a Mscislao de Czeczorki recepit, in octo sexagenis monete communis ad festum Nativitatis Christi proximum <nobili Pelce de Spandowo> rite ac racionabiliter obligavit, et ultra si et in quantum idem Nicolaus, aut cui interest, eandem obligacionem a iam dicto Pelca in eodem festo non exemerit, extunc prefatus Pelca aut sua sequacitas iam dictam tenutam et obligacionem tenebit, possidebit cum omnibus utilitatibus de anno ad annum, videlicet ab uno festo Nativitatis Christi usque ad aliud festum eiusdem, tamdiu quousque sibi aut sue posteritati per Nicolaum iam dictum, aut cui intererit, prefate[3]) octo sexagene monete prescripte fuerint plenarie persolute, ecciam circa festum sancti Michaelis coram domino duce debent recognoscere et confirmare.

1360. Iohannes de Michowo recognovit se teneri nobili Pelce de Spandowo duas sexagenas monete communis ad diem Nativitatis Christi proximum, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem, quantum est de pecuniis capitalibus, solvere se obligavit.

1361.[4]) Nobilis Pelca de Scarzino coram nobis constitutus personaliter publice recognovit se teneri nobili Iohanni filio Staszkonis de ibidem quinque sexagenas cum decem grossis monete et numeri prutenicalis in novis solidis ad festum Pasce proximum, et alias quinque sexagenas cum decem grossis monete ut supra a festo sancti Michaelis proximo per revolucionem unius anni soluturas, si autem non solverit, extunc racione dampni in quolibet terminorum supra dictorum tantum, quantum est de pecuniis capitalibus, p[aratis] pecuniis una cum pecunia capitali [sol]vere se obligavit.

128.* *(f. 125 v.).* **Item feria secunda eodem adventu domini ducis.** *(1435, 18 iul.).*

1362. Dominus dux cum suis dignitariis sentenciavit, quia Swanthoslaus de Vmąnczino debet ac t. restituere pecuniam, peccora, avenam et pro labore dierum satisfacere nobili domine Smichnye consorti *potstoliney* de Vągra, que recepit in ipsius dotalicio, ac omnia recepta in duabus septimanis sub pena L

[1]) *n. r. dod.:* Michowo. [2]) *n. r. dod.:* Michowo. [3]) sex *a.* [4]) *n. r. dod.:* Szczaumo.

restituere, sed peccora et avenam per eundem Swanthoslaum ibidem recepta ibidem in villa Wągra reponere.

1363. Iudicialis littera detur. Domini sentenciaverunt sedentes circa dominum ducem et decreverunt, quia fideiussores videlicet Iohannes et patrua ipsius consors Iohannis bone memorie de Pylchtowo debent ac tenentur nobili Prachne filie Iohannis de Gawarzecz <triginta sexagenas> ab eius Prachne nativitatis in septem annis completis persolvere, eodem vero tempore solucionis adveniente prefata filia Iohannis manere, ubi [1]) voluerit, bene potest, et predicti fideiussores eandem pecuniam illo tempore veniente <solucionis> coram iudicio presentibus Martino tribuno et Iohanne de Gawarzecz reponere <debent>, et quicunque melius fecerit predicte Prachne, eandem pecuniam circa se tenebit, videlicet triginta sexagenas monete communis, vel prout dominus dux cum suis dignitariis decreverit faciendum in premissis.

1364. Domini sentenciaverunt, quia nobilis Sandziwgius expedire debet dotalicium alias *wyano* in hereditate Sokolowo in porcione Petri in dimidio tercio manso summam tantam, quantam idem Petrus re[cip]iat vendens bona uxoris sue here[dit]aria, videlicet medietatem porcionis Geracz in ... bonice uxori sue nomine Margarethe [fili]e Yaracz, sic vero facto completo et ven[d]ita hereditate ante componitum dotalicium procurabit.

1365. *(f. 126.)* Barthek kmetho de Szukowo contra nobilem Borzim heredem de ibidem in termino peremptorio coram domino duce assignato non stetit, neque sibi aliquis terminum dilatavit, et ipse Borzim per suum procuratorem in termino eodem paruit et stetit.

1366. Strenuus dominus Pelca de Vronska coram domino duce et suis dignitariis stetit in termino contra strenuum dominum Sassinum de Vichucz dicens, quia habeo cum eo terminum peremptorium, et ipse dominus Sassinus non stetit neque sibi aliquis terminum dilatavit.

1367. Nobilis domina Smichna *potstolina* de Vągra citavit [2]) Iohannem [3]) de Przeuilcze per litteram domini ducis. Sola domina stetit in termino coram domino duce, et ipse Iohannes non stetit neque sibi aliquis terminum dilatavit.

1368. Mirzon de Scarzino stetit coram domino duce in termino dicens [se] habere terminum peremptorium cum Pyechna quadam muliere, quod ipsum citaverat, et ipsa Pyechna non stetit termino in eodem.

1369. Strenuus dominus *Stromilo* de Szgerz cum kmetone Broszek habent terminum attemptare alia via domini ducis ad secundum diem pro causis ipsorum vertentibus, et dominus *Stromilo* dominum *Rogala* vexilliferum vischegradiensem pro intercessore suo debet statuere.

129. Termini zacroczimienses sabbato in vigilia beati Iacobi apostoli coram dominis Martino subiudice zacroczimiensi. Zemakone de Zdunowo ceterisque officialibus in iudicio presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o XXXV-o. *(1435, 23 iul.).*

1370. Vincencius de Zaluski 1 s. m. contra Clementem de Voyni pro non solucione sex marcarum pene.

1371. *(f. 126 v.).* Przedborius preco zacroczimiensis recognovit se teneri nobili Sassino de Stroszewo quadraginta et quinque grossos monete communis

[1]) p. d. [2]) dominum *d.* [3]) *puste miejsce.*

ad festum Pentecosten proximum, si autem non solverit, extunc racione dampni solvere se obligavit *(s.)*.

1372. Albertus de Zayaczki d. testes contra Andream de ibidem: Falk de Nepecli, Ian Stiborii de ibidem, Petrus de ibidem, Staschek Dirslai de Coriciska, Ian Ade de Zaluski. Rotha: *„Oktore bidlo szalowal Ondrzey namya, tegom mu ya nyepobil szila“*. Testes.

1373. Idem d. testes contra eundem: primus Nicolaus Borzimouicz de Zaluski, Andrzey Vneslai de ibidem, Andreas Cristini de ibidem, Velebor de ibidem, Petrus de Coriciska. Rotha: *„Oktorą brony Ondrzey na mya <szalowal>, tegem mu ya nyeieszd szilo, ale my gey [illegible] paszicz“* Testes. *„Iakowa“*.

1374. Idem d. testes contra <Iachnam uxorem Alberti>[1] Falk de Nyepekli, Ian Stiborii de ibidem, Andrzey de Coriciska, Andrzey Cristini de Zaluski, Staszek de Voyni Pauli. Rotha: *„Iakom ya neporwala Ondrzeyowi czibuli*[2] *zgego ogroda szilą“*. Testes.

1375. Dominus Sassinus de Vichucz ***nestane*** contra dominum Pelcam de Wronska.

1376. Laurencius de Sobole II LL contra Budek de Voyni, quia citans eum solus non stetit.

130.* *(f. 127.)* **Novecivitatis termini feria quinta proxima post festum sancti Iacobi apostoli coram dominis iudice, subiudice ceterisque officialibus in iudicio presidentibus sub a. d. M-o CCCC-o XXXV-o.** *1435, 28 iul.*

1377. *Przesdoma* de Gawlowo recognovit se teneri nobili Iasczoldo de Virziki centum grossos monete ad diem Pasce proximum soluturas, si vero non solverit[3], extunc post duas sexagenas *(s.)* foro contracto solvere se obligavit.

1378. Nobilis Petrus de Gzi 1 s. m. contra Nicolaum de ibidem et sibi Nicolao quinquaginta grossos in sex septimanis solvere debet.

1379. Nobilis Martinus de Lossowo coram nobis publice recognovit, quia Clemens de Lossowo pro ipso fideiussit decem sexagenas monete communis Boguslao de Ponyathovice super festum sancti Nicolai proxime venturum, si autem non solverit super tempus prefixum, extunc quidquid Boguslaus dampni super Clementem reciperit, hoc prefatus Martinus intercedere debet aut eundem de dampno expedire.

1380. Nota, quia Paulus de <Gawlowo> dominis iudici et subiudici tenetur unum memoriale alias *pamyanthne,* quia testes produxit contra novercam nomine Gela de ibidem, et circa prata mansit et eciam circa campum.

1381. *(f. 127 v.)* Nobilis Dorothea de Cansche luit penam furti contra Govorconem de[4] <Byelsko> Russie, et idem Govorek advocatus de Byelsko lucratus <est> decem et septem sexagenas[5] et unum *funt* pipperis super predictam Dorotheam iure prefato et in sex septimanis totas sub pena L solvere debet, et hic prefatam penam furti Nicolaus Belynysky levare debet, tamquam solus Goworek.

1382. Dorothea de Cansche luit II s. m. contra Govorconem de Byelsko Russie.

[1] *zam* eundem. [2] *nepotrzebu lucy* sz[illegible] [3] p[illegible] [4] Brzest d[illegible] [5] s[illegible]

1383. Iasczoldus de Golanbye septem penas s. m. contra Mathiam de Mazowo et sibi Mathie a qualibet pena *pyacznadzeszcze*.

1384. Clemens de Oldaky d. testes contra Bernardum canonicum de Sulnycowo: primus Vitus de Borze, 2-us Staschek de ibidem, 3-us Paulus *Pacosch* de Sulnykowo, 4-us Michal de Borze, 5-us Stephanus de Gzi. Rotha solius: *„Iakom ya nyeodbyl Byernathowy bidla samoszothm szylan“*. Testes.

1385.[1]) Florianus de Zaromino t. cedere de medietate hereditatis sue ibidem filio suo I. et pro mobilibus bonis et dote matris eidem filio t. triginta et duas sexagenas persolvere illo tempore, quando ad annos discrecionis devenerit.

1386. *(f. 128.)* Item Alberti de Stpice contra preconem: *„Iakom ya vidal szethmy kop przes stir groschi na*[2]*) Szestrzankowa czanscz.*

1387. Albertus de Stpice III I s. m. contra Sdzeszkonem de ibidem et Iacobus 1 s. m. et Andreas 1 s. m. contra eundem.

1388. Ex decreto dominorum nobilis Sdzeslaus de Stpice debet reddelrej septem sexagenas et duos grossos nobilibus Alberto, Iacobo et Andree in decem et octo septimanis[3]) pro medietate porcionis hereditatis Thomkonis.

1389. Nobilis Iasczoldus de Goląmbye debet solvere triginta quatuor grossos caucionis fideiussorie nobili Mathie in duabus septimanis sub 1 L.

1390. Petrus de Mazowo d. testes contra ducatum pro pena furticinii: primus[4]) *Dzanczol* cum fratre *Dzączol*, 3-us Nyemyerza de Swircze, Stiborius de ibidem, Iacobus de Goscymino, Abraham de Spądoschino. Rotha: *„Iako ya tho wyem, esze Pyotr nyecradnye wxazey zemi ani schąssą*[5]*) zyąye“*.

1391. Ian de Mazowo d. testes contra ducatum pro furto: primus Climek et Laurencius de Oldaky, Thomek et Nicolaus de Gzi, Przeczslaus cum Michaele de Borze. *(f. 128 v.)* Rotha: *„Iako ya tho wyem, esze Ian nyecradnye vxązey zemi, ani schąssa ziuye“*.

1392. Dzetrich de Svirzkowo 1 s. m. contra Boguslaum de Ponyathouice ob [non] solucionem peccunie et sibi Boguslao mediam nonam sexagenam cum sex grossis in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1393. Stephanus de Myeschki 1 L contra Paulum conversum monasterii czirzuenensis ob non solucionem[6]) pecunie et sibi Paulo debet dare secunda proxima feria quatuor sexagene mobilibus, que preco in domo invenerit, et si mobilia non starent[7]) pro debito, extunc <immobilibus seu in terram debet ipsum investire>.

1394. Nobiles Stephanus et Mathias de Smirdzigrochi penam furti exsolverunt pro Iohanne de ibidem omnibus dignitariis quindecim sexagenas[8]) sine XXV grossis, et super littera datur.

1395. Laboriosus kmetho de Lathonice coram nobis publice recognovit, quia domum in Smogorzewo apud Iunossium, in qua residebat, de loco antiquo transferre [debet] in alium locum in sex septimanis.

131. **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum ad vincula sancti Petri sancti Petri** *(s.)* **coram domino Velislao subiudice ceterisque officialibus in iudicio presidentibus sub a. d. millesimo CCCC-o. XXXV-o** *(1435, 30 iul.)*

[1]) *zap 1355 innq ręką.* [2]) *w oryg. razem.* [3]) pro porcione *d.* [4]) dą *d.* [5]) riue *d.* [6]) sexagenam. [7]) [ ] *d.* [8]) sim *d.*

1396. *(f. 129)* Nobilis Andreas de Galimino cotra dominum Iohannem de Sanchoczino debet statuere in duabus septimanis nobilem Stephanum alias *Marchewkam* et scabinos suos pro eo, quod dominus Iohannes prefatus non restituit sibi Andree hominem Iacobum dictum *Liss,* qui terrigena simpliciter recognoscet, et scabini antiquo iuramento protestabuntur, et pro eo eciam, quod eidem Andree equum eodem tempore noluerunt restituere in quibusdam solidorum penis, et hanc causam ad dominum iudicem prorogamus.

1397. Dominus Velislaus subiudex czechonoviensis egit contra Przeczslaum de Bąnszino, egit pro eo, quod sibi dixit: „tu me non iudicabis" et ad iudicium *powestczi* recepit, et Przeczslaus noluit *powestczi* recipere, et hoc ipsum ad dominum iudicem dirigimus iudicandum.

1398. Nobiles Vyaczszik et *Gempza* de Vichorowo pro bonis hereditariis inter eos vertentibus super arbitros receperunt arbitrandum videlicet Vyaczszik Pelcam *Szlecz,* Nicolaum Ramkouicz et *Gempza* Paulum *Malenkam* de Proskowo et Vitum de Drosdzino de iudicio recepti, et dominus Martinus subiudex zacroczimiensis super hiis erit superarbiter, quia hec causa ad iudicium non debet reverti, et partes ambe una alteri in causa eadem pro omnibus personis ad hanc hereditatem pertinentibus pacem debent fideiubere.

1399. Margaretha Pyotrowa relicta Scarzino sua bona hereditaria ibidem in Scarzino et ubi ea habetur non debet vendere neque obligare, nec resignare prius <alicui hominum>, quousque Dirislao et Falislao de ibidem pro capite fratris ipsorum satisfecerit, aut iure se cum eis discusserit.

1400. *(f. 129 v.)* *Gempza* de Vichorowo coram nobis publice recognovit, quia discreto domino Gregorio de Sarnowo viginti sexagenas in moneta communi ad diem sancti Iohannis Baptiste proximum t. persolvere, si vero non solverit, extunc porcionem ipsius totam hereditatis in Vichorowo ad eundem dominum Gregorium perdet et amittet eviterne et in ewm.

1401. *Gempza* de Vichorowo 1 L contra Wyaczszik de ibidem, et sibi *pacznadzescze.*

1402. Domina Andrzeyowa de Galimino 1 L contra kmetonem de Sobanice.

1403. Albertus de Zarąmbino[2]) existens procurator nobilium Heduigis sue uxoris et Iachne uxoris Stanislai de Postrusze citaverat[2]) nobilem Margaretham relictam Petri de Scarzino prius, quam Dirslaus coram domino querulatus est pro capite fratris sui, et hoc pro bonis mobilibus, que predictis dominabus circa suam porcionem recepit ibidem in Scarzino.

1404. Nobilis Dobeslawa consors Iohannis de Wyerzuchowo constituta personaliter coram domino subiudice zacroczimiensi et ceterisque *(s.)* officialibus in iudicio presidentibus publice recognovit, quia nobilis Iacussius de Falibogi sibi pro porcione sue hereditatis, quam habet in Prziborowice[3]), satisfecit, et nichilominus ipsam hereditatis porcionem sibi Iacussio cum iure suo eviterne resignavit in decem sexagenis.

[1]) et Stani *d.* [2]) et *d.* [3]) nn *d.*

132. **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancti Laurencii coram domino Silamo iudice necnon Martino sub**(*f. 130.*)**iudice et aliis officialibus cum eis sedentibus a. d. M-o CCCC XXXV-o.** *(1435, 6 aug.).*

1405. Strenuus dominus Sassinus de Vichucz 1 s. m. contra dominum Pelkam de Wronyska eo, quod non liberavit eum de caucione fideiussoria, hoc est a iudeis et Paulo herede de Szmyeczyno.

1406. Pyotr de Coricziska s. m. contra Stanislaum de Zaluski ob non solucionem debiti.

1407. Petrus de[1]) Coricziska d. testem contra Stanislaum de Zalusky, et iste est testis[2]) Stanislaum *(s.)*, qui circa hoc[3]) erat. Rotha: *„Iakom ya nyewinowath Stanislaw dw kopu zapossak“* [4]).

133. **Termini Novecivitatis coram domino Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis officialibus a. d. M-o CCCC XXXV-o.** *(11 aug. (?) 1435).*

1408. Nobilis Paulus de Gorki Swyanthoslai recognovit se teneri octuaginta grossos <communis monete> nobili Mscislao de Brodouo super festum Nativitatis Marie virginis gloriose proxime venturum, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem soluturos.

1409. Helena conthoralis Stephani de Zauisti debet iurare contra Iaschkonem de ibidem in duabus septimanis, quia spoppondit animam predicte Helene pro reparcussione ab aqua.

1410. Accio[5]). Cum nobilis Falislaus de Pyanouo citans Iohannem de ibidem filiastrum suum et super eundem egit in hec verba: „ago super Falislaum, quia mihi non solvit decem grossos communis monete, et hoc in libro habeo“; et[6]) ipse Iohannes respondit: *(f. 130 v.)* „hoc dominus iudex sine me in libro fecit scribere, ideo de hoc facto ignoro“, et dominus iudex citans eundem Iohannem egit super ipsum dicens: „ago super Iohannem, quia dixit super me[7]), quod ego ipsius facta alicui inscriberem, et hoc si mihi negaverit, accipio ad vos *povestczi*“, et tunc ipsum dominus subiudex interrogavit: „si noscis, quod dixisti“, et ipse recognovit, et hoc damus ad dominum ducem.

1411. Iohannes de Pyanowuo 1 L contra Falislaum de ibidem ob non solucionem debiti.

1412. Iacussius de Ponyathouice 1 s. m. contra Hankam, quia non respondit, sicut egit super eum.

1413. Falka de Glodowo d. testes contra Swyanchnam de ibidem: primus Urbanus de Glodouo, Nicolaus *Dzanczol* de Pnyewo, *Wsczele* de Ponyathouice, Stanislaus de Lazowo, Przibislaus de Scoroschewo[8]). Rotha solius: *„Iakom ya nyebyegala na Swyanchnan na iey dom samoschosta szilan“*.

1414. In Zauisti quatuor *iednane*.

1415. In Gnathi binum super Boguslao.

1416. *Stopka* s. m. contra Marcum de Godacze.

1417. Nadmirus de Lowczewo d. testes contra kmethonem de Danischewo: primus Iaschek de Swircze, 2-us[9]) Andrzey Recouicz de Modzele, 3-us Vi-

[1]) za *d.* [2]) Petrus *d.* [3]) s *d.* [4]) *zam.* pyenyandzi gotho. [5]) Nobilis Iohannes *d.* [6]) s *d.* [7]) s *d.* [8]) — *rękopiśle następująca rota znajduje się po zapiskach 1411 i 1415.* [9]) A *d.*

slaus de Marzusche, Ian *Kozel* de Brolino, Maczey de Marzusche. Rotha: *„Okthore zitho Staschek namya zaloual, tegom mv ya nveporal (s.) dczema vozoma szian"*.

1418. *(f. 131.)* Andrey de Stpice 1 s. m. contra Sdzeslaum de ibidem ob non solucionem pene *pvancznadzeszcze*.

1419. Nobilis Martinus de Godacze filius *Smyara* recognovit se tenere mediam terciam sexagenam communis monete nobili Petro de Michowo super festum sancti Bartholomeii a proxime venturo per spacium unius anni sub pena L solvere debet.

1420. Nobilis Petrus de Oszek coram nobis constitutus suo filio Petro dedit et contulit necnon resignavit omnia sua bona mobilia et immobilia gubernare, regere, possidere et procuratorem stabilire alias *przą wsdacz*, qui potens erit citare, agere, respondere, tamquam solus si talibus interesset.

134.* Termini zacroczimienses coram Floriano de Sdunowo necnon Allexandro de Grapczewo sabbato in vigilia Assumpcionis virginis Marie gloriose a. d. M-o CCCC XXXV-o. *(1435, 13 aug.).*

1421. Daczbogius de[1]) Cozarzewo III s. m. contra Boguslaum de Squari.

1422. Naszil de ibidem contra eundem III s. m. <dedit>.

1423. Sandek de ibidem III contra eundem III s. m.

1424. Petrus de ibidem contra eundem III s. m. debet.

1425. Polith de ibidem contra eundem III s. m. debet.

1426. Andreas de ibidem contra eundem III s. m. debet.

1427. Petrus Naszilonis <frater> contra eundem III s. m. <dedit>.

1428. Boguslaus de Squari, <Meczslaus, Nicolaus iure> lucrati[2]) sunt terciam partem *vangrody* <totius> in Cozarzewo et hoc ad suam aream wlgariter *ku swemu szedlisku* et ante duas septimanas dimensurare sub penis L tenentur.

1429.[3]) Santhor aduocatus <de> Radzicovo coram nobis personaliter constitutus publice recognovit, quia medietatem tocius sue advocacie ibidem in Radzicouo et cum medietate penarum eciam cum medietate censuum et duabus domibus una deserta et alia <cum> kmethone *(f. 131 v.)* et cum <medietate> agris omnibus, qui valent ad seminandum[4]) titricum *(s.)*, sed qui valent pro seminando siliginis, hoc solus Santhor pro se reservabit, et cum medietate prati, sed si iam presenti anno <falcavit>, seccavit, hoc in Wilkowge debet adimplere, sibi in[5]) quinque et decem sexagenis communis monete ad[6]) festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Michaeli de Zagorzice obligavit et, si super prefixum tempus <pre>fatam summam non restituerit, extunc prefatus Michael super aliud [festum] Nativitatis Christi viginti et sex sexagenas eiusdem monete predicto Santhor solvere debet et advocaciam totam perpetualiter cum omnibus utilitatibus obtinere.

1430. Iohannes de Slepewroni *nyestane* contra dominum vexilliferum czechonoviensem.

1431. Ex decreto domini iuducis Nicolaus kmetho de Wroblewo debuit intercessorem statuere Dirslaum nobilem de Trzanschewo contra Nicolaum de Troski[8]), sicut super eum egit pro *zaoranye* <et non statuit>, et neque inter-

[1]) Squari *d.* [2]) *litera* i *wpisana zam.* us. [3]) *n. r. dod.:* Radzikow advocatia. [4]) tri *d.* [5]) quinque decem *d.* [6]) *zam.* super. [7]) con *d.* [8]) sum *d.*

cessori suo terminum prorogavit neque aliquid respondit, nisi tamen dixit, quia dominus iudex mihi dedit hoc [1]) ad Varschoviam, et ideo mihi date ad dominum iudicem, et dedimus

135. **Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Assumpcionis uirginis Marie gloriose coram domino Martino subiudice et aliis officialibus iudicii a. d. millesimo CCCC XXX quinto.** *(1435, 20 aug.).*

1432. Preco 1 s. m., quia male rotham dedit.

1433. Stiborius <cum Iohanne filio suo> de Nyepyecli d. testes contra kmethonem de Gzowo Byelo. Rotha: *„Iako ya tho wyem, esze Czczibor Vyelyovt quonye nyevcratl"*.

1434. Iacobus de Falibogi, Iohannes filius eius de ibidem, Clemens de Voyni, Stanislaus de ibidem, Stanislaus de Zaborowo, Maczek de ibidem *(f. 132)* et idem testes bis iurabunt post filium et post patrem pro eadem re.

1435. Domina Mochaczka 1 s. m. contra Stanislaum de Trampki.

1436. Famulus Floriani de Sdunouo *nyestane* contra Zemaconem de ibidem.

1437. Albertus de Zayanczky 1 L contra Andream de ibidem ob non solucionem debiti acquisiti.

136. **Notentur Nowecivitatis termini feria quinta in crastino sancti Bartholomei coram domino <Silamo iudice et officialibus a. d. etc. XXXV>.** *(1435, 25 aug.).*

1438. Abraham de Spanschino 1 s. m., quia uno genu ad passionem flectit.

1439. Iaschek de Zauisti 1 L, [2]) quia non siluit circa iuramentum testium.

1440. Vadii quinquaginta sexagenas vallamus et firmamus vigore domini ducis et interponimus inter Falislaum et Mathiam, Bernardum et Nyemyerze filios [3]) Troyani ex una et [4]) Vroczkonis filios ex alia, ut pace et iure fruantur et non litte.

1441. [5]) Iacussii de Glodowo LLLLLL contra Swyanchnam de ibidem.

1442. [6]) Inter Falibogium et Mscislaum, et Venceslaum, et Nicolaum [7]) de Rzebri nobilium ex una, et fratrum omnium de ibidem ex altera partibus vigore domini ducis vadimonii centum sexagenas communis monete vallamus et firmamus, ut [8]) pace fruantur et non litte.

1443. Mroczek de Rzebri 1 s. m. contra *Smiara* de Iableczniki ob non solucionem debiti.

1444. Vigore domini ducis vadii quinquaginta sexagenas vallamus et interponimus inter Iohannem, Mroceslaum de Golanbye ex una et inter Budkonem et Falislaum, et Iasczoldum et cum omnibus filiis *Golambvonis,* ut pace [8]) fruantur et non litte.

1445. *(f. 132 v.)* Nobilis Stephanus de Myeschky una cum filiis suis Stiborio [9]) et Alberto coram nobis personaliter constituti publice recognoverunt se teneri quatuor sexagenas communis monete super festum sancti Martini proxime venturum domino abbati de Czirzvyenysco, quod si non solverit, extunc totas ipsorum porciones ibidem in Myeschky, quas idem Stephanus cum filiis suis possidet et gubernat, ad prefatum dominum abbatem eviterne amittent pariter et perdent cum omnibus utilitatibus nichil

[1]) cum *d.* [2]) contra *a.* [3]) troa *a.* [4]) V *a.* [5]) Fa Faka *a.* [6]) *v. v. dou.* Rzebri. [7]) ex *w.a* [8]) pace *d.* [9]) to *zam* v.

pro se reservatis et pater predictorum filiorum Stephanus idem fideiussit pro Stiborio filio, quia tunc non stetit, quod[1]) hanc rem in libro scriptam tenebit.

1446. Stanislaus <de Slunyczevo> d. testes contra Albertum de ibidem: primus Petrus de Smirdzigrochi Brzenyconis, 2-us Troianus de ibidem, <3-us> Martinus de ibidem, 4-us Pauel *Dudek* de ibidem, 5-us *Lada* de Kansche. Rotha solius: *„Czsom vczinil Voyczechovi, thom vczinyl za yego poczanthkyem, kyedi memv brathu sla sloua daval ynamya kygem cisnanl“.*

1447. Bronisch de Virziky d. testes contra Iasczoldum de ibidem *zadwye copy.* Rotha: *„Oktore zitho Iasczolth namya zaloual, thegom mv ya nyepobral spole chazebnan rzeczan“.* Primus Nicolaus de Pruszinouice, 2-us Ian de ibidem, 3-us *Smyara* de Godacze, 4-us Ialbrzik de Clucouo, <5-us> Nicolaus de Ganszorouo, 6-us Bartholomeus de ibidem.

1448. Albertus de Slufnjyczewo d. testes contra Hankam de ibidem: primus Vitus de Clucouo, Martinus frater eius, Stephanus de Virziki, Ian Dopkouicz de Slunyczeuo, *Ostoya* de Ostascheuo. Rotha solius: *„Iakom ya Hanky nyesbil szilan“.* Testes. *„Iako ya tho vyem, esze Voyczech nyesbil Hanki szilan“.*

1449. *(f. 133.)* Iacussius de Ponyathouice memoriale contra Hankam sororem.

1450. Iacussius de Ponyathouicze mansit circa porcionem, pro qua Hanka soror ipsius egit super eum racione relictorum, quia is preconem in visione ad alias porciones induxit, quam ad[2]) istam, pro qua egit; et super hoc litteram damus iudicialem.

1451. Nobilis[3]) Iohannes de Zalesze solvit septem sexagenas domino Paulo de Noszitlsko *sk[l]adem,* quas debuit super festum sancti Iohannis Baptiste proxime preteriti, istius littere, que est apud dominum Paulum, et hoc dampnum, quod fuit super predictis septem sexagenis, iam mortuum <est> et exspiaverit.

1452. Albertus de Croceuo in termino contra Stiborium et Prandotham nobiles de Nyepyecli, et hoc per suum procuratorem, et ipsi non paruerunt neque steterunt in termino peremptorio.

1453. Stanislaus *Orzelk* II *nyestane* contra Magdalenam de Stpice[4]) et aliud contra eius filiam et personaliter est citatus.

1454. Ex decreto iudicii Marcus *Smyarze* filius lucratus est in sex sexagenis super *Stopka* pro scrofis.

1455. *Stopka* s. m. contra predictum Marcum.

137.* Acta in Zacroczim feria sexta proxima post festum sancti Bartholomei coram domino Martino subiudice a. d. etc. CCCC-o XXX [quinto]. *(1435, 26 aug.).*

1456. Nobilis Iohannes de Mazovo obligavit se solvere quatuor sexagenas domino subiudici zacroczimiensi super tres terminos: primam sexagenam ad terminos proxime venturos <in Novecivitate>, secundam super festum sancte Crucis <proxime> [venturum] et duas sexagenas[5]) duabus dominicis ante festum sancti Martini proxime venturum, quod si non solverit ad aliquem terminorum predictorum, extunc super quemlibet terminum incidet penam L, et domino subiudici *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis se solvere obligavit.

[1]) s *d.* [2]) ad *d.* [3]) H *d.* [4]) con *d.* [5]) in *d.*

138.* *(f. 133 a.)* **Termini czechonovienses sabbato proxlmo post festum sancti Bartholomei appostoli domini coram domino iudice Zemakone et Vyelislao subiudice ceterisque officialibus iudicii a. d. etc. XXXV-o.** *(1435, 27 aug.).*

1457. Vlodek de Postrusze d. unum testem Paulum de Popyelzino contra Dobkonem de Scarzino. Rotha: *„Iakom ya nyeuinouath L Dopkoui polkopya v cztirzech groschoph"*.

1458. Nobilis Nicolaus *Olczuch* de Strobino coram nobis personaliter constitutus publice recognovit se teneri decem et dimidiam alteram sexagenam monete communis nobili Nicolao de ibidem super aut in vigilia Nativitatis Christi proxime venturum pro caucione fideiussoria; sin autem non solverit super prefixum tempus, extunc quindecim sexagenas paratis peccuniis idem *Olczuch* predicto Nicolao tenebitur exsolvere irrecuse et hic circa librum in Zacroczim dare et solvere est obligatus.

1459. Nobilis Andreas Golempski coram nobis <in iudicio> constituit scabinos, quia kmethonem Iacobum in Gromadzino arestaverunt, et [1]) protestati sunt secundum suum iuramentum antiquum, quia prefato Galempski t. tres sexagenas <debiti> et totum ius terrestre de agricolatu, sicut est moris terrestris, et hoc ipsum coram nobis in iudicio recognoverunt, quia ipsi Andree reddere eundem noluerunt *(s.)* [2]).

1460. Nobilis Andreas Galempski coram nobis in iudicio scabinos constituit, quia kmethonem Iacobum apud dominum Iohannem in Gromadzino arestaverunt, et eundem dominus Iohannes reddere noluit predicto Andree, et coram nobis [3]) protestantes, quia [4]) ipse kmetho tres sexagenas t., quas sibi racione iuvaminis dederat et totum ius terrestre ab agricolatu, et hoc totum scabinis approbavit.

139.* *(f. 134)* **Termini in Zacroczim feria secunda ipso die Decollacionis sancti Iohannis coram domino principe et honoratorum** *(s.)* **eius a. d. M-o etc. XXXV-o.** *(1435, 29 aug.)*

1461. Iohannes de Pyanouo I L contra dominum iudicem zacroczimiensem et sibi domino iudici *pyancznadzeszcze* paratis peccuniis.

1462. Nobilis Iohannes de Gauarzecz coram nobis in iudicio constitutus recognovit se teneri sex sexagenas <gr.> solidorum nobili Iohanni de Blandouo super festum sancti Bartholomei proxime venturum et hoc in solidis.

1463. Dominus Iohannes de Sanchoczino I L contra Andream de Galemino.

1464. Przeczslaus de Banschino I L contra dominum subiudicem czechonoviensem et sibi *pyancznadzeszcze* paratis pecuniis.

1465. Ex decreto iudicii dominus Andreas Galemski absolutus est ab omnibus penis solidorum, in quibus lapsus erat in Gromadzino, domini Iohannis villa, in banito iudicio, quando scabinos suos super kmethonem suum Iacobum produxit, et ideo absolutus et liberatus est predictis de penis.

1466. Cum dominus iudex [5]) czechonoviensis requisivit [6]) Nicolaum kmethonem de Wroblewo: „quando <forte> ego tibi dedi ad Varschoviam" [7]), ipse respondit": [8]) non [9]) dedisti".

[1]) ibi *d.* [2]) *por. № 1460.* [3]) recognoverunt *d.* [4]) d *a.* [5]) Nicolaus *d.* [6]) quando ego tibi dedi. [7]) hoc factum est *d.* [8]) nunquam *d.* [9]) non *wykr., pod tem powtórnie dopisano* non.

1467. Nicolaus kmetho de Wroblewo LLLL contra Nicolaum de Squari *ozaoranye yego czansczi dwyema plugoma.*

1468. Albertus de Zayanczki II LL contra Andream de ibidem ob non solucionem debiti acquisiti.

1469. *(f. 134 v.)* Ex decreto dominorum Iohannes de Vilcowge t. solvere tres sexagenas communis monete nobili Swyanthoslao de Ianowo pro caucione fideiussoria [1]) [in] duabus septimanis sub pena L.

1470. Msczislaus et Boguslaus heredes de Czeczorki non steterunt in termino peremptorio et assignato <eis> cum domino subiudice czechonoviensi, et ipse [2]) dominus subiudex stetit.

1471. Iohannes de Polpjyelzino coram nobis constitutus recognovit se teneri Petro de Swirczevo unam sexagenam communis monete super festum sancti Michaelis proxime venturum, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1472. Notentur nobiles de Cozarzeuo citati, qui non paruerunt et in termino non steterunt.

1473. Grzimk <triplex> *nyestane* contra Boguslaum et Myeczslaum et Nicolaum de Squari heredes.

1474. Iacub triplex *nyestane* contra eosdem.

1475. Falk de ibidem contra eosdem triplex *nyestane.*

1476. Pyechna de ibidem contra eosdem triplex *nyestane.*

1477. Stanislai *(s.)* de ibidem contra eosdem triplex *nyestane.*

1478. Dobyeslava et Falka de Gnathi sorores germane steterunt in termino peremptorio per suum procuratorem super Iacobum de Brodowo, et Iacobus predictus non stetit neque aliquis sibi terminum prorogavit.

1479. Nobilis Florianus de Sdunouo coram nobis personaliter constitutus recognovit se teneri nobili Swyanthoslao de Ianouo viginti sexagenas monete communis pro caucione fideiussoria per sex septimanas, aut in sex septimanis, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem soluturus; insuper dominus iudex czechonoviensis predicto Floriano pro dampno toto stare se obligavit.

140.* *(f. 135.)* **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante Nativitatem gloriose virginis coram iudice [3]) Silamo et Martino subiudice et officialibus aliis a. d. [4]) [eiu]sdem M-o CCCC-o XXXV-o.** *(1435, 3 sept.).*

1480. [Io]hannes de Blandouo d. testes contra Slawkonem civem zacroczimiensem: primus [5]) Clemens de Voyni, Ian de Vilami. *„Okthore rankoyempstvo Slauek namya szaloval, stegom gi ya wczasz viprauil"*.

1481. [6]) Stanislaus de Trampky s. m.

1482. Nobilis Stanislaus de Trampki coram nobis recognovit, quia obligavit se solvere sex sexagenas communis monete nobili Nicolao de Paluki super festum sancti Martini proxime venturum, sin autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1483. Paschek de Cibulicze [7]) d. testes contra dominum subiudicem: primus *Byenyanda* de Czeczothki, *Ninotha* de ibidem, Albertus de ibidem, Stanislaus de

[1]) et *d.* [2]) S *a.* [3]) Smi *d.* [4]) esiudem *d.* [5]) Rotha: Oktore zitho *d.* [6]) *nad notą dopisane nowszą ręką:* Trampky. [7]) *poprawione z* Cipulicze.

ibidem, Stasschek de Gnyeveuice. Rotha: *„Iakom ya Pyotra nyebyl ssylą“. „Iako vatio vem esze Pa..“*

1484. Vincencius de Zaluski d. testes contra Mroceslaum de Voyni: Ian de Prziborouice *Byenikouicz*, Paschek de Naborouo, Laurencius de ibidem, Nicolaus de Zaluski, Maczey de Prziborouice. Rotha: *„Okthoran stodolan Mroczek na myą zdoual. tham ya sobye wtargu uimouil“.*

1485. *(f. 135 v.)* Nobilis Hanka de Gnyeueuicze prout iure acquisivit sex sexagenas relictorum post patrem pie memorie super nobili Budkone de Voyni, de istis predictis sex sexagenis nos iud[ex] una cum subiudice recepimus me[mo]riale et *dzelne* et triplex *nye[stane]*, que omnia ipsa Hanka solvere tenebatur apud Budkonem interdicentes [1]) et inhibentes [2]).

1486. Mathias civis zacroczimiensis debet statuere in duabus septimanis iuvenem *Szanpyel* de Siroczecz contra Clementem civem de Roszan pro hac arbore, quam *Szanpyel* Mathie vendidit subtractam.

1487. Stanislaus Trampski s. m. contra Iachnam [3]) de Zacroczim et eidem duodecim grossos monete numeri prutinicalis in duabus septimanis solvere debet.

1488. Albertus de Zayanczki II LL ob non solucionem debiti acquisiti contra Andream de ibidem.

141.* Termini in Novacivitate feria sexta in crastino Nativitatis Marie uirginis gloriose coram Silamo iudice et Martino subiudice ceterisque officialibus iudicii etc. XXXV-o. *(1435, 9 sept.)*

1489. Nobilis Thomas de Gzi coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere sedecim sexagenas communis monete [4]) super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Stephano de ibidem pro frumento et feno, et quidcumque in horeo habet idem Stephanus, sic recognovit, si autem prefatus Thomas prefato Stephano predictam summam peccunie non solverit, extunc ipse Thomas debet eundem Stephanum introligare in tres mansos in Suliszirz collocatos alias *ossadzone* et tenebit a festo Nativitatis domini ad aliud festum Natale tamdiu, donec predictus Thomas sedecim sexagenas silbij exsolverit.

1490. *(f. 136.)* Nobilis Sdzeslaus de Godacze coram nobis [perso]naliter constitutus publice recognovit, quia obli[g]avit se solvere duas sexagenas communis monete [super] festum Nativitatis Marie proxime venturum [no]bili Swyanthoslao de Virziki.

1491. Iohannes de Pyanouo I L contra Falislaum de ibidem.

1492. Albertus de Slunyczewo II LL [5]) contra Stanislaum de ibidem.

1493. Nobilis Iohannes de Osszek coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere septuaginta grossos communis monete in duabus septimanis post festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Ade de Coualeuice pro kmethone, qui transivit de Gadnouo de obligacione predicti Ade ad prefatum Iohannem, et pacem sibi pro eodem fideiubet [6]) a dominis *Gadnowskich* pro quolibet iure.

1494. Nobilis Iohannes de Byelani coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere IIII-or sexagenas communis monete super festum Nativitatis Christi

[1]) accepimus *d.* [2]) ut *d.* [3]) *zam.* Swyanchnam. [4]) nobili *d.* [5]) *pisarz wykreślił* II LL, *później dopisał powtórnie nad wierszem i następnie znowu wykreślił.* [6]) aq *d.*

proxime venturum nobili Boguslao de Ponyathouice, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem soluturus.

1495. Ramk [1]) de Rzebri, Rathiborius, Falibog [2]) quilibet eorum per penam s. m.

1496. Raczibor de Rzebrzi II LL contra Clementem de Mirzinyecz.

1497. Nobilis Borzim de Galanski coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas monete communis super festum Nativitatis Christi sine viginti grossis nobilibus Stephano et Phalislao de Virziki, quod si non solverit, extunc [3]) medietatem tocius campi, qui iacet circa viam, que currit de Virziki ad Modzele, perdet ad eosdem eviterne, et si solverit [4]) super prefixum terminum, extunc medietatem agri in predicto campo eidem [5]) dare debet, hoc medietatem *zgoru*.

1498. *(f. 136 v.)* Falislaus de Golambye d. [testes] cotra Iohannem de ibidem: primus *Smyara* Iablaczski, Pyotrasch de ibidem *Michalovicz*, Iaschek de Swircze, Micolay Ianouicz de ibidem, Bronissius Iaschcouicz de Uirziki, Vischon *Virzik*. Rotha: *„Iako yatho wyem, esze Falk nyeweratl Ianoui trzech cop grossoph v dzeszanczi kyth lm“*.

1499. Dobek de Godacze I s. m. contra *Kalinam* de ibidem, et sibi *Kalinye* tres sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1500. Bartholomeus de Slunyczewo s. m. contra Petrum Cosznyewski ob non solucionem debiti.

1501. Iohannes de Pyanouo d. testes contra Falislaum de ibidem: Ian *Szczeczina*, qui interfuit, Sdzeslaus de Stpice, Nicolai *Gorka*, Iacusch Ponyathowski, Iacusch *Canczk* de ibidem. Rotha solius: *„Okthore pynyadze Falk namya zalowal, ty on* [6]) *mnye othpusczil“*. Qui interfuit sibi. Rotham: *„Iako ya przithem <bil>, okthore pyenyandze* [7]) *Falk na Yana zaloual, thi on genu othpusczil“*. Testes: *„Iako ya tho vyem, okthore pyenyandze Falk na Yana* [8]) *zaloual, thi on genu othpusczil“*.

1502. *(f. 137.) Przesdoma* de Gawlovo LLLL contra Ratiborium de Rzebry.

1503. [9]) Nobilis *Mroczek* de Rzebri coram nobis personaliter constitutus recognovit et obligavit se solvere tres sexagenas monete communis nobili Alberto de Slunyczevo a Nativitate domini proxime venturo per spacium unius anni, si autem non solverit, extunc super Priviumcarnis inmediate predictum terminum sequentem quatuor sexagenas solvere tenebitur.

142. [10]) **Termini czechonovienses** [11]) **sabbato** [11]) **infra octavas Nativitatis uirginis Marie gloriose coram domino Floriano de Sdunowo et Allexandro de Grapczeuo a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 10 sept.).*

1504. Petrus de Scarzino [12]) s. m. contra Dopkonem de ibidem, quia sibi vaccam non dedit iuxta forum et sibi mediam sexagenam <et quatuor grossos> monete communis in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1505. Accio. Bogutha de Squari egit super [13]) Petrum *Pyanczkam* de Kozarzeuo: „ago super Petrum, quia michi dixit „darem [13]) ipsas pro tuo collo“,

[1]) *w oryg. wykr. z dopiskiem u góry:* solvit. [2]) *w oryg. wykr.* [3]) totum *d.* [4]) extunc in *d.* [5]) *ze środka wykr. litera* d. [6]) my *d.* [7]) sl *d.* [8]) *zam.* Micolaie. [9]) *nowszą ręką nad notą dopisane:* Rzebry. [10]) *zam.* zacroczimienses. [11]) pro *d.* [12]) quia *d.* [13]) super *d.*

et ipse negavit et diximus interrogantes, quis audivit [1]) in iudicio sedencium, et preco dixit: „ego audivi, quia sic dixit, sicut super eum egit".

1506. Andreas Galempski prout sibi Iohannes de Gromadzino non restituit kmethonem Iacobum domino Andree de Galemino, quem domini sedentes cum domino principe restituere fecerant feria quinta ante duas septimanas, et hoc ad dominum iudicem damus.

1507. Nobiles [2]) Polit, Naszil, Pyotrasch, Sandek relicte filius Petrus ..., Andrzei de Cozarzewo [3]) prout dominus iudex fecit eis penas solvere *pyacznadzeszdze* nobilibus Bogucze, Meczkoni et Nicolao <de Squari>, istas penas conposicione erant parati solvere et illi accipere noluerunt, quia quilibet per se voluit conposicionem; et hoc damus ad dominum iudicem.

1508. *(f. 137 v.)* Nobilis Petrus de Iarluti coram nobis constitutus dixit, quia sibi ius non conpleverunt in Schimaki [4]) in domo kmethonis, qui exivit ad Sassoni *(s.)*, et hoc idem preco coram no[bis] recognovit, quia erat missus ad conspiciendum predictam domum.

1509. Dominus Stiborius de Colozampy debuit hodie scabinos in iudicio contra nobilem Iohannem de Proscovo statuere et non statuit et obligatus erat eosdem stabilire; et hoc dominus iudex sentenciavit.

1510. Nobilis *Dosz* de Scarzino coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere quinquaginta grossos [5]) solidorum prutinicalis nummeri [5]) nobili Petro de ibidem ad festum sancti Bartholomei proxime venturum.

143. Termini zacroczimienses sabbatho proximo post octavas Nativitatis Marie uirginis gloriose coram Silamo iudice necnon Martino subiudice a. d. M-o etc. XXXV-o. *(1435, 17 sept.).*

1511. Sassinus filius Pelce de Osszek s. m. contra Iohannem de Sdunouo ob non solucionem debiti.

1512. Nicolaus de Zaianczki s. m.

1513. Iohannes de Blandouo obligavit se [6]) dare XXXX choros siliginis Slawkoui civi zacroczimiensi in sex septimanis.

1514. Idem Iohannes s. m. contra eundem Slawkonem.

1515. Albertus de Zayanczki LLL contra Andream de ibidem ob non solucionem debiti acquisiti.

144. Termini in Nouemyasto feria quinta in crastino sancti Mathei apostoli domini gloriosi [7]) coram domino Silamo iudice et officialibus iudicio presidentibus a. d. M-o etc. XXX-o V-o. *(1435, 22 sept.).*

1516. *(f. 138.)* Falislaus de Pyanouo [8]) L contra Iohannem de ibidem.

1517. Thomas de Kansche II s. m. contra [9]) Mscichnam Michaelis uxorem de Ganszorovo et idem Thomas eidem Mscichnye tres sexagenas recognovit per suum procuratorem in sex [10]) septimanis sub pena L soluturas cum bonis peccoribus iuvenibus alias *bidlem.*

1518. Thomas de Kansche d. testes contra Mscichnam de Ganszorow.

1519. Nobilis Martinus de Borze coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere viginti grossos monete communis [11]) nobili Iohanni de Gadnouo, in sex septimanis sub pena L solvere debet.

---

[1]) de *d.* [2]) d *d.* [3]) *cam.* Squari. [4]) k *d.* [5]) s *d.* [6]) se *d.* [7]) Ann *d.* [8]) L *d.* [9]) Micha *d.* [10]) sexa *d.* [11]) in con *a.*

1520. Nobilis Nicolaus de Szvircze coram nobis personaliter constitutus recognovit, quia duos campos in una sexagena nobili Sdzeslao per quatuor annos rite obligavit, unum campum sub silva dicta *Brogi,* et alius campus aut aliud campum a villa aut ab area usque viam Pruszinowskey cum omnibus utilitatibus, nichil pro se et pro suis successoribus reservatis, si autem in quatuor predictis annis non solverit, extunc idem Sdzeslaus de anno ad annnum aut a Nativitate Christi ad Nativitatem tenebit tamdiu, donec predictus Nicolaus, aut ipsius successores prefatam sexagenam sibi plenarie exsolverint et ex toto.

1521. *(138 v.)* Nobilis Preczslaus de Godacze coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere quinque sexagenas monete [communis] [1]) nobili Iasczoldo de Virziki super festum sancti Iohannis Babtiste proxime venturum, sin autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit cum paratis peccuniis ex toto nec conposicionibus' aut terra nisi pecuniis paratis tam capitalem pecuniam, quam dampnum.

1522. Pauel *Bilicza* d. testes contra geometrum de Slubouo: Bartlomyei de Clucouo, Stanislaus de ibidem, Sdzeslaus de ibidem, Albertus de ibidem, *Szmyara* de Iablecznіki. Rotha solius: *„Iakom ya nyezaczanl (s.) Andrzeiova konye wmei grodzi samowthor szilan"*. Testes: *„Iako ya tho vyem, esze Pauel nyezaczanl Andrzeioua konye w swey grodzi samowthor szilan"*.

1523. Laurencius *Panthka* LLL contra Adam de Coualeuice, quia in ipsius prato mettercius secauit.

1524. [2]) Laurencius de Panthki cum domino Adam de [3]) Coualeuice sumpserunt se ad [4]) librum *povestczi* pro lucro et pro dicione, et non iuvit Laurencio prefato liber, quia dixit idem Laurencius: „hoc in libro [5]) habeo", et non habuit.

1525. Paulus de Gawlowo solvit penas totas s. m., quas fuit lapsus.

1526. *(f. 139.)* Iacussius de Brodouo II s. m. contra [6]) Dobyeslavam et Falkam de Gnathi, quia non stetit in termino eidem assignato [7]) ad dominum ducem dato et iterum citatus ad sentenciandum, alias *kuskasanyv* ecciam non stetit; ideo predicto Iacussio [8]) fecimus solvere et dare predictis sororibus quatuor et decem sexagenas [9]): septem paratis peccuniis et septem peccoribus bonis alias [10]) *bidlem,* sicut in foro posset vendere, aut emere, in sex septimanis sub pena L solvere debet.

Idem Iacussius predictis sororibus Dobyeslave et Falce per penam s. m. solvere debet.

1527. [11]) Nobilis Vislaus de Gra'psko [12]) coram nobis constitutus scabinos suos contra Petrum Andream dc Popyelzino et idem Andreas non stetit, et super ipso *nyestane* unum iudicavimus.

145.* Termini czechonovienses sabbato IIII-or temporum [13]) **<ante festum sancti Venceslai> coram domino Zemak iudice et officialibus iudicii a. d. etc. XXX quinto.** *(1435, 24 sept.).*

1528. Nobiles Allexandra et Anna et Iohannes domine *Marschalcovei* pueri coram nobis in iudicio personaliter constituti causam suam alias *przan* contra dominum Stiborium de Colozampy domino Iohanni de Baboschewo contule-

[1]) super *d.* [2]) L *d.* [3]) c *d.* [4]) *przekreślona kreska.* [5]) habuit *d.* [6]) s *d.* [7]) co *d.* [8]) *końcowe* o *przerobione z* us. [9]) quatuor *d.* [10]) bib *d.* [11]) Andrzei *d.* [12]) pk *d.* [13]) Venceslaus *d.*

runt nec non resignaverunt respondendi et omnia faciendi tamquam solimet, si talibus personaliter interessent.

1529.[1]) Preczslaus de Banschino coram nobis personaliter constitutus causam suam contra dominum Stiborium de Colozampy Iohanni nobili de Baboschewo contulit et resignavit[2]) agere aut respondere, tamquam solus si talibus interesset: *(f. 130 v.)* „*lako vatho wyem, okthore zitho Grzegorz na Pyotra zaloval, thego <mv> on nyepocratl*“.

1530. Petrus de Grodzecz d. testes contra Gregorium kmethonem de Pye sczidla: Maczek de Prziborouice, Ian de ibidem, Msczischek de Naborouo, Laurencius de ibidem, Vyanch no de Falibogi, Maczek frater eius.

1531. Nobiles Boguslaw, Myeczk, Nicolaus heredes de Squari *ostalisza*[3]) *przi trzeczei czansczi vangrodi* tocius in Kozarzewo contra nobiles Daczbogium, Politum, Petrum, Naszil, Sandek et alium Petrum, Andream de ibidem heredes.

1532. Dominus Stiborius de Colozampy binum[4]) *nyestane* contra pueros domine *Marschalcovei*.

1533. Idem binum *nyestane* contra Przeczslaum de Banschino.

1534. Idem triplex *nyestane* contra Iohannem de Proskouo.

146.* **Termini zacroczimienses sabbatho proximo post festum sancti Michaelis coram domino subiudice ceterisque officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 1 oct.)*.

1535. Nobilis Petrus de Koricziska obligavit se nobili Stanislao de Zaluski tres sexagenas dotalicii solvere per spacium trium annorum a festo sancti Martini proxime venturo super quemlibet festum sancti Martini unam sexagenam monete communis sub pena s. m., et nichil ad proximum festum predictum dare debet, sed per spacium unius anni solucio predictarum peccuniarum incipietur.

147.* *(f. 140.)* **Termini Novecivitats feria quinta proxima post festum sancti Remigilj coram domino Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 6 oct.)*.

1536. Advocatus de Noszitlsko domini abbatis L contra Thomam de Sczipyer no et sibi Thome *pyacznadze|szcze*.

1537. Andreas de Popyelszino s. m. contra Vislaum Grapski et sibi Vislao <sub pena L> dimidiam alteram sexagenam in sex septimanis, sed censum ipsius et ducalem in duabus septimanis.

1538. Bronisch de Virziki s. m. contra matrem.

1539. A c c i o. Nobilis Bronisch Nicolai de Virziki egit super Thomam fratrem suum germanum veniendum in domum meam nocturnali re devastavit ipsam et accepit michi octuaginta grossos in paratis peccuniis et res <et> de argento pro centum sexagenis, et ipse Thomas respondit: „domine iudex et subiudex date hoc michi ad intercessorem“, et audientes dedimus ad dominum ducem prima via, die 2-a; grossum t. pro nota.

1540. Swyanthoslaus de Myscheuo s. m. contra Nadmironem de Low|czewo et duas sexaagenas *(s.)* pro percussione et mediam sexagenam pro non reparacione stabuli et [pro] labore dierum II grossos in sex septimanis sub pena L solvere debet pro kmethone.

[1]) No *d.* [2]) rg *d.* [3]) prze *d.* [4]) ne *d.*

1541. *(f. 140 v.)* Nobilis Sdzeslaus cum filio suo <Nicolao> de Gorki heredes coram nobis in iudicio personaliter constituti publice recognoverunt, quia quartam partem [1]) ibidem in Gorki, quam habuerunt, aut que super ipsos cernebat, ad Sdzeslaum et Swyanthoslaum de ibidem eviterne amiserunt [2]) eisdem [3]) coram domino duce resignare debent ita longum et latum, sicut superius in libro continetur [4]).

1542. Nobilis Boguslaus coram nobis constitutus personaliter obligavit se solvere nobili *Ladze* de Gnathi sedecim [5]) grossos in duabus septimanis sub pena L ducatui et *Ladze* sub *pyacznadzeszcze* et grossum eidem *Ladze* pro nota.

1543. Nobilis Thomas de Swyeschewo coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam alteram sexagenam et quinque grossos super Priviumcarnis <proxime venturum> nobili Falislao de Virziki.

1544. Daczbogius de Szaromino debet statuere dominum plebanum de Redzimino ad recognoscendum, quomodo precise Daczbogio decimam vendidit, et hoc sub iuramento idem plebanus debet recognoscere, et quomodo recognoscet, sic dominus subiudex ipsam debet solvere.

148*. Acta sabbatho in crastino sancti Marci confessoris [6]) domini coram domino Martino subiudice necnon procuratore protunc zacroczimiensi a. d. M-o etc. XXX quinto. *(1435, 8 oct.).*

1545. *(f. 141.)* <Nobilis> Vislaus de Czeczothki coram nobis personaliter constitutus publice recognovit, quia porcionem suam ibidem totam suam *(s.)* in Czeczothki nobili Ade de ibidem in duabus sexagenis communis monete a die date presencium ad festum Nativitatis [7]) proxime venturum cum omnibus et singulis utilitatibus ad predictam porcionem spectantibus, nichil pro se aut pro suis successoribus reservatis *(s.)*, obligavit et aream wlgariter *szedlisko* tenere, possidere [8]) a festo Nativitatis Christi ad aliud [festum] Nątivitatis Christi tamdiu, donec prefatus Vislaus sibi duas sexagenas exsolverit.

149*. Termini czechonovienses sabbatho in crastino sancti Marci confessoris [9]) domini coram domino Floriano de Sdunovo a. d. M-o etc. XXX quinto. *(1435, 8 oct.).*

1546. Swyanthoslaus Andree de Scarzino coram [10]) nobis personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas nobili Petro de ibidem solidorum super festum sancti Bartholomei proxime venturum, ita sicut [11]) illo tempore in Plonyska solidarii novi taxabuntur, quod si non solverit, extunc penam quinquagenalem luet.

1547. Swyanthoslaus de Zarambino s. m. contra Sargorzki pro caucione fideiussoria et sibi quindecim grossos in sex septimanis sub pena L.

1548. Nobilis Stanislaus de Trampki resignavit procuraciam alias *przą* Floriano contra dominos de Camyenicza pro graniciebus inter Trampki et Camyenicza hereditates agere [12]) et procuraciam alteri resignare ita, sicut solus Stanislaus presentibus personaliter interesset.

1549. *Cosza* de Byethkouicze s. m. contra Iohannem de Gauarecz pro kmethone, quia ius sibi non fecit.

[1]) sue porcionis in *d.* [2]) eth eandem porcionem coram nobis *d.* [3]) resignaverunt *d.* [4]) *wykr. rozpoczęta zapiska:* Nobilis Lada coram. [5]) *zam.* quindecim. [6]) *powinno być:* sancti Marci pape. [7]) et *d.* [8]) ta *d.* [9]) *winno być:* pape. [10]) domino *d.* [11]) in *d.* [12]) poteretur f *d.*

1550. Falislaus de Osszek coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere quinquaginta grossos solidorum novorum, conputando quemlibet solidum per quatuor tercianos, super festum sancti Nicolai [1]) proxime venturum nobili Iohanni de Gauarzecz, quod si non solverit, nullum dampnum habebit.

1551. *(f. 141 v.)* Nobilis Iohannes coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere mediam terciam sexagenam communis monete super Priviumcarnis proxime venturum nobili Petro de Raschewo, sin autem non solverit, extunc racione dampni totidem soluturus.

1552. Nobilis [2]) Vitus <de Drosdzino> et Iohannes de Kurzanthkouo resignaverunt suam procuraciam nobili Przeczslao de Banschino contra dominum Stiborium de Colozampy, quid *(s.)* eos idem Stiborius citavit pro caucione fideiussoria [3]) manu coniuncta, in absencia vero Preczslai Iohannes de Bąlnjschino respondere potenter potest.

1553. Nobilis Bogutha de Squari obligavit se statuere fideiussorem contra Nicolaum de Squari, ecciam super simplicem recognicionem.

1554. Nobilis Andreas <de Galemino> iure acquisivit mediam quintam sexagenam super domino Iohanne de Gromadzino [4]) pro kmethone, et sepes cum domo reparare sibi debet ante duas septimanas et *pyacznadzeszcze* iuxta modum sibi solvere t. sub pena L.

1555. Dominus Stiborius de Colampy *(s.)* II *nestane* contra dominam *Marschalkoua* [5]) cum pueris ipsius.

1556. Idem contra Preczkonem duplex *nyestane* de Banschino [6]).

1557. Paulus preco stetit in termino bis super Doszonem de Scarzino pro duplici citacione; primo termino terminum sibi prorogaverit, in 2-o vero nec stetit, nec sibi aliquis terminum prorogat, propter hoc [7]) duplicem penam *(f. 142.)* s. m. super ipsum [8]) iudicamus.

150. **Termini zacroczimienses sabbatho in die beate Hedwys coram domino Silamo iudice et domino Martino subiudice ceterisque officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 15 oct.).*

1558. Falislaus de Nyepyecli s. m. contra Vlostonem de Voyni.

1559. Florianus de Sdunowo s. m. contra dominum Pelkam pro caucione fideiussoria.

1560. Fallantha de Gadowo s. m. contra kmethonem.

1561. Accio. Petrus kmetho de Trampki culpavit dominam alias *vinan dal,* quia michi equm in domo mea fecisti accipere et acquitantem *(s.)* super equo misisti in campum, usque tercia die ipsum inveni et diem laborare non tenebar, et domina respondit per suum procuratorem, quia eadem die tibi restitui, et parata sum scabinis docere [9]), et hoc cum eius voluntate accepi pro die; et hoc damus ad dominum ducem.

1562. Alter kmetho inculpavit dominam [10]) dicens, quia pro iniuria a domina vado, eo quod michi canapas in domo mea accipisti et hoc ad caucionem mittere noluisti, et domina per procuratorem respondit, quia istas *(f. 142 v.)* canapas

[1]) No *d.* [2]) Vitius *d.* [3]) con *d.* [4]) pro kme *d.* [5]) cum *d.* [6]) *niżej wykreślono rozpoczęte zdanie:* Iohannes preco Paulus. [7]) de *d.* [8]) q *d.* [9]) et hoc damus ad dominum ducem *d.* [10]) s *d.*

inhibui *zapouyedzalam,* quia [1]) de altera hereditate duxisti madere ad fluvium meum et hoc scabinis parata sum docere, et hoc damus ad dominum ducem.

1563. Rotha *Stodole* kmethoni [2]): *„Otham <ya> crziwda oth Fallanthi wstal, esze mi s Goczkem* [3]) *- prawa nyeczil (s.)<, a ia gi pozval". „Iako ya to vyem, esze* [4]) *Iacub otha crziwda oth Fallati wstal, esze gemv s Goczkyem* [3]) *praua nyeczil (s.) a on gi posval".*

1564. Nobilis Hanka de Marzusche coram nobis personaliter constituta resignavit bona *gimyenye,* que lucrata est aut [5]) acquisivit super sua noverka Andree de Vilami cum omnibus utilitatibus, nichil pro se reservatis [6]), et stans in terminis pro predictis bonis.

151.* **Termini Novecivitatis feria** [7]) **quinta in vigilia Undecim milia virginum sanctarum coram domino Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque iudicii officialibus a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 20 oct.).*

1565. Swyanthoslaus de Krziszczki d. testes contra Iohannem de ibidem pro furto: Ian de Zalesze, Paschek frater eius, *Wsczele* de Ponyathi, Boguslaus de ibidem, *Bogathko* de Iableczniki, Nicolaus de Chmyelewo. Rotha. *(f. 143.) „Iako ya tho vyem, okthore rzeczi iomyoth Ian* [8]) *na Szwyanska* [9]) *zalowal, theych on gemu nye pocratl".*

1566. Idem d. contra eundem testes eosdem: *„Okthori ploth Ian namya zaloual, thego ya iemu nyeslamal szila".* Rotha testium: *„Iako ya tho vyem, okthori ploth Ian na* [10]) *Szwyanska zaloval, tego on gemu nyeslamal szilan".*

1567. Michal de Swircze d. testes contra sororem Swyanchnam: Ian *Cozel* de Brolino, *Bogathko* de Ieblaczniki *(s.),* Sdzeseck de Clukouo, Vithek de ibidem, Marczin de ibidem. Rotha: *„Okthoran czanscz Swyanchna namya zalouala, zatha ya onei podluk smoui posagyem dosicz vczinil".* Testibus: *„Okthoran czanscz Swyanchna na Michala zalouala, zathan* [11]) *iei on* [12]) *podluk smoui posagyem dosicz vczinil".*

1568. Dominus iudex decrevit, quia Daczbogius de Sziromino [13]) debet frumenta <dicimam ex toto> reddere domino subiudici ante sex septimanas, et dominus subiudex prefato Daczbogio mediam terciam sexagenam et grossum unum dare ante sex septimanas t. sub pena L, quilibet eorum et sub *pyaczna-dzeszcze.*

1569. *(f. 143 v.)* Nobilis Andreas de Galemino coram nobis personaliter constitutus suam causam alias *przan* resignavit domino Swyanthoslao de Lippa contra dominum Iohannem de Gromadzino, si solus in presencia non fuerit, si autem fuerit, extunc solus respondet et aget pro domo et sepe reparacionis *(s.)* coloni.

1570. Ad litteram domini Silami iudicis wischegradiensis ad iudicium zacroczimiensem destinatam de registro wischegradiensi rescriptum est.

Nobiles *Wsczele* et Boguslaus de So banice venientes recognoverunt, quia fideiusserunt quatuor sexagenas gr. monete communis manu coniuncta pro nobili Cristino de ibidem a festo Nativitatis Christi proxime veniens ad aliud festum Nativitatis Christi proxime veniens nobili Borschi de ibidem paratis peccuniis, si

[1]) in *d.* [2]) Iakom ya *d.* [3]) *w oryg. razem.* [4]) *s d.* [5]) acquisi *d.* [6]) perpetue et *d.* [7]) sexta *d.* [8]) y *d.* [9]) d *d.* [10]) *w oryg. razem.* [11]) on *d.* [12]) dosicz *d.* [13]) *zam.* Rzebri.

autem peccunias easdem[1]) ad tempus predictum non exsolverint, aut quovismodo solvere neglexerint[2]), extunc racione dampni totidem ipsi Borschi solvent et pagabunt paratis cum peccuniis. Acta sunt hec in Wischegrad feria sexta proxima post festum Corporis Christi a. d. M-o CCCC XXX quarto. *(1434, 28 mai.)*[3]).

1571.[4]) *(f. 144 v.)* Nobilis Thochna vidua relicta Nicolai intercessit Thomam privilgjnum suum pro octuaginta sexagenis paratis pecuniis et pro centum sexagenis pro rebus et argento, pro quibus Bronisch super Tomam predictum egit.

1572. Nobilis Iasschek de Swircze prout Cristinum fratrem suum per octo et decem septimanas statuere debuit et non invenit ipsum in regno[5]), propter hoc per alias decem et octo septimanas damus eidem statuere et hoc contra fratrem Grzimkonem.

1573. Visszon d. testes contra Bronissium ambo de Virziki: primus Stephanus de Virziki, Staschek de ibidem <arbitri>, Sczepan qui interfuit de Sluczewo, *Cosczesche* de ibidem interfuit, Vithek de Clucowo. Rotha solius: *„Okthore othbicze slodzee Bronisch namya saloval, othom ya snim vprawyon, esze na mya zalowacz nyeymval, aethem dwadzeszcze kop zacladv.*

Stephani cum Stanislao rotha, arbitri[6]): *„Okthore othbicze slodzee Bronisch na Vischona zaloval, otom ge ya vpravil, esz nany nyeymyal zalovacz pode dwyema dzestoma kom (s.) zacladv“.*

Stephani cum *Cosczesze* de Slunyczevo: *„Iako ya przithem bil, okthore othbicze slodzee Bronisch na Vischona zalowal, otho on snim vprawyon, esze nany zalowacz nyeymyal podedwyema dzestoma kop zacladv“.*

(f. 145.) Vithkoni rotha: *„Iako ya tho wyem, okthore othbicze slodzee Bronisch na Vischona*[7]) *zaloval, otho on snim vpravyon, esz nany zalouacz nyeymyal podedwyema dzestoma kop zacladu“.*

1574. Subcamerarius de Strzegoczino s. m. contra Andream Blodowski.

1575. Paulus de Mazowo 1 *nyestane* contra preconem.

1576. Nicolaus luit penam furti.

1577. Nicolaus de Dzbanice, accipiens equum alias *lanwsza* apud thabernatorem, scrophe capit, dictum in Coprziwnicza, et non finivit et fugit, et ob hoc penam furti luit tres marcas, et hoc factum est in septimana post festum sancte[8]) Margarethe.

1578. Accio[9]). Nobilis Bronissius de Virziki egit super Thochnam matrem suam, quia quid Thomas frater meus subtraxit michi octuaginta sexagenas in paratis pecuniis et de[10]) argento et vestimentis alias *postauem* centum sexagenas, hoc eundem Thomam mater mea intercessit, pro istis ago super eam; et illa per suum procuratorem respondit[11]): *„postavem* <quidquid> et argentum in cingulo alias *vopassani* nosco, quia accepi eo, quod communitatis nostre fuerit, et

[1]) *eam* predictas. [2]) s *d* [3]) *na dolnej części karty pierwotnie pustej znajdują się dopiski ręką z początku 16 w.:* day czy tak, *oraz niżej ręką prawdopodobnie z połowy 15 w.:* Ego Ioannes Hvsz in spe sacerdos Iesu Cristi. *Prócz tego ręką dużo późniejszą, z drugiej połowy 16 lub z 17 w.:* Golozebski dign. dei(?) Harbak (?) nieborak chodzil do iableczki senkarki piekielni i sluczono mu nogi. Wiara nogi zlamala a s prawdi dno wipadlo, kto vme lgacz, pochliebowac, poziwi sie snadnie. [4]) *tekst znajdujący się na f. 144 wraz z opisem we wstępie.* [5]) et *d.* [6]) I *d.* [7]) *w oryg. razem.* [8]) et *d.* [9]) *nową ręką dopisane nad notą:* Wyrzyki. [10]) auro *d.* [11]) argentum et *d.*

observo ad divisionem ponere, et nos interrogavimus[1]) Bronissium, si[2]) hoc commune fuit vel non, et ille respondit: „non ago ego pro communi, sed pro meo“, et postea dominam interrogavimus, si pecuniam noscit paratam, et illa rogavit pro omnibus predictis simul ad dominum ducem, et nos dedimus; grossum t. Bronisch pro nota.

152.[3] *(f. 145 v.)* **Termini czechonovienses sabbato proximo**[3]) **post festum Undecim milia uirginum dominarum beatarum coram Floriano de Sdunowo necnon Allexandro de Grampczewo a. d. M-o**[4]) **etc XXX quinto.** *(1435, 22 oct.).*

1579. Pauel de Squari s. m. contra Stanislaum de Czampkowo et sibi Stanislao tres sexagenas prutinicalis monete in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1580. Cum accio orta fuerat inter[5]) dominum Iohannem de Gromadzino et Andream[6]) de Galemino pro reparacione domus coloni[7]), ob hoc non reparavi, quia boves michi non dedit aducendum *(s.)* rubetum, et dominus Galempski dixit: „non est mos apud nos dare boves aut *sprzanszaie,* et utique darem[7]), si michi ius fideiuberet, quod michi boves redderet.

1581. Dominus Stiborius de Colozampy II *nyestane* contra Iohannem de Slepewroni.

1582. Stanislaus Vischihok egit super Allexandrum, quia dixit michi *„nyewspiskvi thego, czegosz nyezaloval“,* sedens super iure.

153.* **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante Omnium sanctorum coram domino Martino subiudice et aliis officialibus a. d. M-o etc. XXX VI-to.** *(s.l. (1435, 29 oct.).*

1583. *(f. 146.)* Testes quos d. Stanislaus de Trampky contra Iohannem de Kamyenycza pro graniciebus: primus testis Thomek frater suus, 2-us Petrus de Gromadzino. Rotham debent feria quinta ante quatuor septimanas: *kadim ya schetl, tąn di gyest mogye tramp skye nalewo.* Testes.

1584. Caucio partis utriusque. Nobilis Stanislaus de Trampky[8]) pro parte sua tota et Iohannes de Kamyecza *(s.)* eciam pro fratribus seu pro parte ipsius tota ex utraque parte caucionaverunt ita, quia ipsas granicies inpedire et irritare per triennium non debebunt.

1585. Obligacio. Nobilis Iohannes de Straschino obligavit porcionem suam totam ibidem in Straschino nobili Petro patruo suo de Myanczino in XX-ti marcis monete et numeri cracoviensis, de anno ad annum obligavit, sub condicione huiusmodi[9]): ipsas XX-ti[10]) marcas a festo Nativitatis proxime [venturum] in spacio unius anni in festo *(f. 146 v.)* Nativitatis prenominatus Iohannes ipsi Petro non restituerit, extunc ipsam porcionem totam ad ipsum Petrum perpetuis temporibus perdet et amitet[11]) in ipso festo Nativitatis Christi, et dominus Petrus quadraginta marcas cracovienses ipso die Nativitatis domini residuitatem pecuniarum Iohanni predicto solvere debet et presentibus astringetur.

1586. Iacobus kmetho contra Falyantam in hoc uerbo deiuravit iurando, quia debuit dicere *„a on gy pozwal“,* et dixit *„a on bil pozwal“*; ad dominum iudicem

[1]) I *d.* [2]) t *d.* [3]) ante *d.* [4]) et *d.* [5]) I *d.* [6]) S *d.* [7]) g *d.* [8]) ea *d.* [9]) si *d.* [10]) s *d.* [11]) in *d.*

dedimus, et racione huius deiuracionis notarius sibi non mandavit flectere, et ipse Iacobus tercio solus iuravit, et non dixit „*oth Falyanthi*“ et magis errravit.

1587. Thomas de Sczipyerno nobili *Prusin* decem choros siliginis et duos choros avene a die caucionis [1]) in duabus septimanis et mediam sexagenam cum sex grossis in sex septimanis solvere debet.

1588. *(f. 147.)* Iohannes de Kamyenycza contra Stanislaum de Trampky L.

1589. Pelca de Vronska s. m. contra Albertum de Zarambino et sibi XL-ta grossos in duabus septimanis sub L iudicio <racione caucionis>.

1590. V e n d i c i o. Nobilis *Vogen* cum Stanislao de Voyni porciones ipsorum totas in Prziborouicze nobili Iacobo de Falibogi pro decem sexagenis gr. communium perpetuis temporibus vendiderunt [2]).

1591. Sassinus de Osszek L contra Iohannem de Sdunowo.

1592. Nobilis Stanislaus de [3]) Trampki coram nobis personaliter constitutus dedit et contulit medietatem agri tocius sui predii aut suburbii cum omnibus et singulis utilitatibus, nichil pro se in eadem medietate reservatis *(s.)*, ad tempora vite sue filiis suis Paulo, Iohanni, Nicolao, Iacobo, Petro, Stanislao tenere, habere, utifrui, sicut melius poterint, et aliis, si adhuc fuerint nati, post decessum vero vite sue dividant se ad invicem tantum legittimi.

154. Termini in Nouemy asto [4]) Corecz Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque iudicii officialibus feria quinta proxima post festum Sanctorum omnium a. d. M-o etcetera XXX quinto. *(1435, 3 nov.).*

1593. *(f. 147 v.)* A d d o m i n u m d u c e m. Deviacio rothe Michaelis *Swirz* contra Swyanchnam in hec verba: „*zatom ya iei*“ et debuit dicere: „*zatho ia onei*“.

1594. Michal de Swircze memoriale debet dare in duabus septimanis sub pena L, quia circa porcionem mansit contra Swyanchnam sororem suam.

1595. Vischon de Virziki LLLLLL contra Bronissium de ibidem.

1596. Nobilis Michal de Swirze mansit circa porcionem, pro qua soror <eius> Swyanchana *(s.)* egit super eum.

1597. Dzetrich s. m. contra Ianussium de Ianuschewo et sibi quinquaginta grossos monete et quatuor in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1598. Nobilis Albertus de Myeschki coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super festum sancte Trinitatis proxime venturum nobili Mroceslao de [5]) ibidem, quia si non solverit, extunc racione dampni debet solvere et obligacionem, quam habet super Bandostovo, eviterne amittet et perdet ad eundem Mroceslaum.

1599. Nicolai Clementis de Mirzinyecz s. m. contra eundem Clementem patrem ipsius.

1600. Nobilis *Manczk* de Virziki coram nobis in iudicio personaliter constitutus recognovit se solvere mediam terciam sexagenam monete communis super festum Nativitatis domini [6]) a festo Nativitatis proxime venturo per spacium unius anni nobili Swyanthoslao de ibidem, et racione istius prefatus *Manczk* eidem Swyanthoslao dat tenere suam totam porcionem in Galanski et *plosam* ab area circa viam de patrimonio in Virziki ad eundem terminum, sicut et peccunia est notata.

[1]) et *d.* [2]) et Stanislaus cum V *d.* [3]) Tram *d.* [4]) K *d.* [5]) id *d.* [6]) s *d.*

1601.[1]) *(f. 148.)* Petrus de Gorki s. m. contra Stanislaum de ibidem et sibi mediam quartam sexagenam in sex septimanis sub pena L.

1602. Rephael de Virziki d. testes contra Iohannem de ibidem.

1603. Accio. Nobilis Mathias de Slunyczewo egit super Dirslaum et Albertum et Czcziborowan, quia tenentur bona in obligacione a Przedborio et Iasczoldo et a *Koscze(s.)* ad quam obligacionem ego sum ita propi[n]qus, sicut et ipsi, et paratus sum peccuniam ponere, que super me spectat, et ipsi responderunt: „emimus eviterne pro viginti sexagenis et una et hoc ultra tribus annis tenemus"; et prefatus Mathias: „volo videre ius aut robur" [2]); „non [3]) habemus, sed parati sumus docere [4]) cum isto, apud quem emimus"; et hoc dedimus ad dominum ducem.

1604. Boguslaus de Sczepankowo d. testes contra Hankam de Poltowska: Vitus de Gorki, Staschek de Gnathi, Nicolaus de Lampice, Gregorius frater eius de ibidem, Iesz *Gnath.* Rotha solius: *„Okthoran czanscz Hanka namya zalouala, zatha onei moi starschi dosicz vczinili, itho ya dzirsza dalei trzech lath wpokoiu"*.

1605. Iohannes penam furti alias *chanszban* luit contra ducatum, quia testes non produxit se expurgando.

1606. *(f. 148 v.) Dziph* d. testes contra Boguslaum ambo de Gnathi et primo arbitri: Andreas de Brodouo, Dobek de Zalesze; iterum qui interfuit Ian de Sczepankowo, Ian de Brodowo, Andreas de Iableczniki. Arbitri: *„Okthoran rolan Boguslaw* [5]) *na Swyanska zaloual, othom gi ia <snim> vgednal, esze nany nyeimyal zalouacz"*. *„Okthoran rolan <Boguslaw> namya zaloval, otham ya snim vgednan, esze nyeimyal namya zalouacz."*

1607. Idem d. contra eundem: idem arbitri, sicut in primis testibus, qui eciam interfuit, sicut in primis: Petrus de Iableczniki, Micolai de Pya nowo arbitri. <Rotha>: *„Okthoran lankan Boguslaw na Swyanska zaloual, othom gi ia <snim> vgednal, esze nany nyeimyal zalouacz"*. *„Okthoran lanka Boguslaw namya zaloual, othom ya snim vgednan, esze namya zalouacz nyeimyal"*; qui interfuit: *„Iako ya przitem bil, okthoran lanka Boguslaw na* [6]) *Swyanszka zaloual, otho on snim vgednan, esze nany nyeimyal zalouacz"*.

1608. Pauel de Mazowo 1 *nestane* contra preconem.

1609. Micolai de Ganszorowo *Bartlomyeiow sin* unum *nyestane* contra preconem.

1610. Micolaiowa de Virziki solvit *dzelne* domino subiudici et preconi hodie.

1611. Nobilis Stephanus de Myeschki coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere Alberto filio suo duas sexagenas monete communis super festum Pasce proxime venturi [7]), sin autem non solverit, extunc *(f. 149.)* medietatem tocius sue porcionis in Pogamischewicze ad eundem perdet eviterne et in ewm cum omnibus utilitatibus nichil pro se reservatis *(s.)*.

1612. Nobilis Iacobus olim de Croszcice coram nobis personaliter constitutus palam recognovit, quia nobili domino Dzetrzich heredi de Swirzkowo sua bona alias *ginyenye* in procuracionem contulit ac resignavit tam peccuniam,

[1]) *wykr. rozpoczęta zapiska:* Rephael de. [2]) et hoc dedimus ad dominum ducem secunda die primi adventus *d.* [3]) Lebe *d.* [4]) istis *d.* [5]) namy *d.* [6]) s *d.* [7]) quod filio *d.*

quam ecciam debita, ubi fuerint predicti Iacobi reperta, dans et comittens eidem omnimodam potestatem pro omnibus et singulis debitis citare, agere et ecciam procuratorem stabilire, veluti procurator eiusdem Iacobi, ecciam comittens solomet predicto Dzetrzich tamdiu, quousque etates racionabiles habuerit, et iterum puer secunde uxoris videlicet Dorothea habet quartam partem predictorum bonorum Dzetzichoni comissorum, et awnculi predicte Dorothee germani hoc debent aspicere alias *przisrzecz.*

155. **Termini czechonovienses sabbatho proximo ante festum sancti Martini coram domino Zemacone iudice et officialibus a. d. M-o etc. XXX quinto.** *(1435, 5 nov.).*

1613. *Wsczele* s. m. contra Mathiam *Slecz.*

1614. Stanislaus de ibidem s. m. contra eundem.

1615. Nicolaus de Troski d. testes contra Bogutham de Squari: Vitus de Zaianczki, Falislaus de Nyepyecli, Swyanshek de Zarambi, Vitus de Coriciska, Paschek de Zarambi. *(f. 149 v.)* Rotha solius: *„Okthori czin Micolai namya zaloual, thego ia gemv nyepobral samowthor szilan“.*

1616. Laurencius de Boguslauouice s. m. contra Nicolaum de ibidem.

1617. Virzchoslaus de Squari s. m. contra Lucam de Scarzino pro caucione fideiussoria.

1618. Sandziwi de iure debet dare mediam sexagenam et allodium cum stabulis reparare ante duas septimanas sub pena L domino Pelce de Wronyska [1]).

1619. Marcissius et Pelka fratres germani de Scarzino coram nobis personaliter constituti coniuncta manu obligati sunt solvere octo sexagenas monete communis super festum sancti Petri et Pauli proxime venturum nobili Nicolao de ibidem, si autem non solverint, extunc racione dampni totidem solvere debebunt ecciam coniuncta manu [2]).

156. **Termini in Zacroczim feria sexta sive in die sancti Martini co|n|fessoris domini coram domino duce et suis dignitariis a. d. M-o etc. XXXV-to.** *(1435, 11 nov.).*

1620. *(f. 150.)* Vitus <de Zayanczki> d. testes contra Falislaum de Nyepyecli, et primo arbitri: Iacussius de Falibogi, Micolai de Zaluski, Pyotr de Coriciska; testes: Ian de Vilami, Ian de Falibogi. Rotha: *„Okthoran zemyan Falk* [3]) *namyan zalowal, otham ia snim vgednan, esze m (s.) ian wschesczi kop mam dzirschecz, pokanth my pyenyandzi nyeda“*; arbitri: *„Iakom ia otho gednaczem bil, okthoran zemyan Falk na Vita zalowal* [4]) *than on wschesczi kop dzirszecz myal, pokanth gemv p<ie>nyandze nyeda“*; testibus: *„Iako ya tho wyem, okthoran zemya Falk na Vita zalowal, othan on snim vgednan, esze ia wschesczi kop dzirszecz myal, pokanth gemu pyanyadzi nyeda“.*

157. **Termini eodem adventu domini ducis in crastino** [5]) **sabbatho proximo post festum sancti Martini coram eisdem dominis anno eodem.** *(1435, 12 nov.)*

1621. *(f. 150 v.)* Nibiles Iacussius de Vilami et Andreas <filiaster eius> de ibidem ex utraque parte debent sorores exemere <quilibet per medium> et antiquam divisionem tenere debent.

[1]) *niżej wykr. rozpoczęta zapiska:* Marcissius et Pelca fratres germani de Scarzino coram nobis in iudicio personaliter constituti obligati S. [2]) *wykr. rozpoczęta zapiska:* Msczislaus et Al. [3]) namya *d.* [4]) otho *d.* [5]) hoc *d.*

1622. Albertus s. m. contra Stanislaum de Gurba et sibi Stanislao septem sexagenas in duabus septimanis sub pena L solvere.

1623. Prandotha de Nyepyecli LLLLLL contra Albertum de Crocewo.

1624. Falislaus de Nyepyecli obligavit se solvere quinquaginta grossos monete communis ante [1]) festum sancti Bartholomei in duabus septimanis Paulo advocato de Naborowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

1625. *Stodola* kmetho, qui exivit a Falantha de Gadowo, eidem Falanthe t. ex iure solvere censum sex grossos, et pro labore octo grossos, et censum ducalem sex grossos, et hoc fideiussor in duabus septimanis sub pena L solvere debet et totum ius terrestre t.; it. sepes [2]), et stabulum super festum sancti Alberti proxime venturum, et domum alias *chicze* super festum Penthecosten, et *(f. 151.)* allodium super festum sancti Michaelis, hec omnia sub pena L reparare debent [2]) per fideiussorem.

158.* Termini in Nouemyasto feria quinta infra octavas sancti Martini confessoris domini coram officialibus Petro de Postruze, Gunoldo etc. a. d. M-o etc. XXXV-to. *(1435, 17 nov.).*

1626. Andreas de Popyellzino s. m. contra Vislaum de Grabye pro caucione kmethonis et stabulum in duabus septimanis [3]) reparare et mediam sexagenam in sex septimanis [4]) utrumque sub pena L solvere t.

1627. Micolai de Slunyczewo s. m. contra Mroczkonem de Smirdzigrochi et sibi *oborzne* a viginti [5]) scrophis in duabus septimanis sub pena L.

1628. Iacussius de Rostki obllijgatus erat hodie fratrem statuere ex decreto dominorum contra Paulum de Ganszorowo et non statuit, quid eum citaverat idem Ambrosius pro precio, et hoc damus ad dominos iudicem et subiudicem.

1629. Macze *(s.)* de Obramp s. m. contra Pyotrassium de Pogorzelecz pro non conplecione iuris kmethonis.

1630. Nobilis Nicolaus Dobeslai [6]) filius de Myeschki coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere *(f. 151 v.)* duas sexagenas minus quinque grossis communis monete in tribus septimanis post festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Michaeli de ibidem, si autem non solverit, extunc totidem dampni solvere est obligatus.

1631. Nobilis Gregorius de Slassi stetit in termino deputato [7]) contra Bronissium de Sweschewo, quia ius sibi non fecit cum homine suo, quem apud ipsum arestavit, et ipse Bronissius non stetit.

1632. Iohannes preco Novecivitatis stetit omnes terminos contra Paulum de Mazowo super quemlibet terminorum citans eum.

1633. Boguslaw de Gnati LLL contra *Dziph* de ibidem.

1634. Swyanschek de Crziszczki obligatus est ponere quintuplex *gednane* contra Iohannem de ibidem, rogans dominos, ut sibi expectaretur [8]) per duas septimanas, et non posuit.

1635. Falk de [9]) Ponyathi unum *nyestane* contra Iohannem de Blandowo.

[1]) *cum.* super. [2]) s *d.* [3]) p *d.* [4]) eccram *d.* [5]) sco *d.* [6]) Julius *d.* [7]) cum Bro *d.* [8]) et non *d.* [9]) Pon. *a.*

1636. *W'sczele* de Ponyathi s. m. contra generum suum de Rczeschewo.

1637. Dominus subcamerarius de Strzegoczino citans Petrum *Bandostonem* non stetit solus et neque terminum sibi prorogaverit et ipse Petrus bis stetit; medium grossum t.

1638. *(f. 152)* Ad dominum iudicem. Cum kmetho acceptavit[1] apud dominum vicethezaurarium a domino Alberto de Mnyschewo *othpovyedzaw* eidem Alberto, et idem Albertus dixit: „iste kmetho acceptavit apud me super duos annos, et hoc paratus sum scabinis docere".

1639. Stephanus de Brodowo stetit in termino contra dominum Iohannem subcamerarium de Strzegoczino, et ipse dominus Iohannes citans eum pro caucione kmethonis et non stetit.

159. **Acta in Zacroczim sabbatho in festo beate[2] Elizabeth coram domino Martino de leszewo et procuratore zacroczimiensi a. d. M-o etc. XXXV-o.** *(1435, 19 nov.).*

1640. Nobilis Iohannes de Grodzecz heres necnon advocatus de Kamblouice coram me Martino subiudice personaliter constitutus obligavit se solvere quinque sexagenas <absque quinque gr[ossis]> communis monete pro caucione fideiussoria nobili Iacussio de Falibogi super festum sancti Nicolai a proxime venturo per revolucionem unius anni, si autem non solverit, extunc sex sexagenas super festum Nativitatis Christi iuxta forum se solvere obligavit et de Grodzecz respondere debet.

160. **Termini czechonovienses[3] sabbatho in festo beate[4] Elizabeth coram Floriano de Sdunowo** *(f. 152 v.)* **et Allexandro de Grampczewo ceterisque officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXXV-to.** *(1435, 19 nov.).*

1641. Nobilis Przechna de Czampkowo coram iudicio personaliter constituta suo filio Ratiborio de ibidem suam causam alias *przan* contulit pariter et resignavit, dans et committens eidem omnimodam potestatem agendi, respondendi contra quascumque personas pro quibuscumque causis tam magnis, quam parvis, ita potens est facere sicut solamet, si talibus personaliter interesset.

1642. Nobilis Nicolaus de Boguslawowice coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam terciam sexagenam solidorum super festum sancti Bartholomei, sicut tunc in Plonsco cursum habebunt.

1643. Myeczk de Squari s. m. contra Stanislaum de Czampkowo et sibi Stanislao sexagenam communis monete in duabus septimanis sub pena L.

1644. Andrzei de Cozarzewo s. m.[5], quia causidicum informavit.

1645. Nobilis Ian de Michowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas [sexagenas] communis monete super festum sanctorum Petri et Pauli nobili Thome de Kurzanthkowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

1646. Nobilis Pyechna soror Daczbogii et Politi abrenuncciata est de porcione, pro qua Bogutha ipsam citaverat, videlicet de porcione in Cozarzewo, quia ibi nichil habet inter predictos fratres.

1647. *(f. 153.)* Nobilis Naszil egit super Iaschkonem de Grambczewo, quia michi veritatem non iurasti, et Ieschek respondit: „si me veraciter[6] stabilires, iuvassem *(s.)*".

[1] act *d.* [2] Hedwys *d.* [3] in *d.* [4] Hedwys *d.* [5] contra *d.* [6] stablires *d.*

1648. Domina Marschalkowo *(s.)* cum suis pueris per suum procuratorem in termino iam in quarto stetit [1]) contra dominum Stiborium de Colozampy, ter sibi terminum infirmitate prorogaverant et in quarto non stetit <termino> assignato, neque per aliquem prorogaverunt pro duplici citacione.

1649. Nobilis Przeczslaus de Banschino quadruplices terminos stetit contra dominum Stiborium, ter sibi terminum prorogaverit, sed in quarto assignato non stetit, neque sibi aliquis terminum prorogavit et ecciam pro duplici citacione.

1650. Vithek [2]) de Drosdzino et Iohannes de Kvrzanthkowo steterunt in termino per suum procuratorem contra dominum Stiborium de Colozampy.

1651. Dominus Stiborius de Colozampy citans Vitum de Drosdzino et Iohannem de Kurzanthkowo pro caucione solus non paruit.

1652. Cum domini Stiborii non paricionem contra personas suprascriptas in libro scripserunt, mox dominus Stiborius advenit et dixit: „ego sto in tertermino assignato, iudicate me, paratus sum respondere, si quis aget super <me>“; et omnes in iure residentes et partes adversas in iudicio arestavit.

1653. *(f. 153 v.)* Santhor de Vilcowye stetit terminos omnes contra [3]) Iohannem Pyotraschewicz de Gawarzecz, unum terminum sibi prorogaverit et super duobus non stetit, neque sibi terminum per aliquem prorogaverat, et citaverat pro iure terrestri, et secundo ad tercium terminum citatus [4]) erat per eundem.

1654. Domina *Lwowa* de Crisko unum *nyestane* contra Borzim de Strzambowo primum terminum sibi prorogaverat et ad secundum citaltaj est, et non stetit neque sibi terminum prorogaverunt.

1655. *Galuczski* Petrus *nyestane* contra Kaspronem de Smarszewo.

1656. Iacusch de Szukowo unum *nyestane* contra Borzim [5]) de ibidem.

1657. Wirzchoslaus de Squari ex sentencia iuris t. reparare *chicze* et sepes et totum ius terrestre pro ortulano nobili Bartholomeo de Grampczewo in duabus septimanis sub pena L.

1658. Nobilis Albertus de Grampczewo coram iudicio personaliter constitultujs constituit suum filium Bartholomeum in suum procuratorem omnium [6]) suorum bonorum wlgariter *opyekadlłnjł kyem,* dans et committens eidem Bartholomeo omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi pro omnibus et singulis suis *(f. 154.)* causis tam magnis, quam parvis cum quibuscumque personis cuiuscumque condicionis fuerint ita, sicut solus, si talibus personaliter interesset.

1659. Pyotr Blaszeiowei de Boguslawouicze unum *nyestane* contra Nicolaum de ibidem.

161.* Termini in Nouemyasto feria quinta in vigilia sancte Katherine coram domino duce, Silamo iudice et aliis dignitariis ipsius a. d. etc. XXXV-o. *(1435, 24 nov.)*

1660. Iasczoldus de Virziki [7]) docet patrem testibus: primus Vischon qui interfuit, <Falk de Brolino>, Andreas Maczkouicz, Petrus frater eius, Maczei *Galąska.* Rotha: *„Oktori dom Ieschek namya zaloual, wtem ia sgego volan szedza, esze mi dal“.*

1661. Stephanus de Gzi s. m. contra [8]) Iohannem de Strzegocino et sibi

---

[1]) per triplices t *d.* [2]) et *a.* [3]) p *d.* [4]) fuit *d.* [5]) *sam.* Iacussium. [6]) so *d* [7]) ducit *d.* [8]) Ian *d.*

domino Iohanni decem et septem sexagenas communis monete in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1662. Strenuus dominus Paulus de Noszidlsko egit super Daczbogium, Iohannem et Martinum heredes de Pyanowo, quia tenetis porcionem Sassini et Paris meorum filiastrorum, quam habuerunt a Venceslao et Lucie pueris, et ego sum propinquior ad prefatam porcionem et revocavi debito tempore *(f. 154 v.)* et volo ius videre[1]), quo tenetis; „habemus litteram ipsorum Paris et[2]) Sassini", et posuerunt coram nobis; cum autem litteram prefatam audivimus, nullius robur in ea nisi ipsius Paris et Sassini; et predicti Daczbogius, Ian, Marczisch dixerunt: „aliam non habemus litteram, nisi post istam tenemus", et dominus cancelarius dixit, quia presenti anno exemistis litteram, et illi dixerunt: „perdedimus *(s.)* ipsam, sed post istam tenemus ultra tribus annis in pace".

1663. Petrus *Kuczeuicz* L, quia inhonorilficej dicit coram domino duce et iudicio.

1664. Nadmirus stetit in termino contra kmethonem de Lathonice et kmethonem non vidimus, quid *(s.)* kmetho eum pro equo citaverat Nadmironem.

1665. Nobilis Adam de Coualeuice stetit terminum assignatum coram domino duce contra Albertum de Panthki pro equo subtracto, et[3]) pater prefati Alberti obligatus est hodie statuere ipsum et non statuit[4]).

1666. Inter Smichnam de Virziki ex una et Ciliczam ex altera partibus[5]) terminus pendet ad dominum ducem post Nativitatis Christi primi adventus secunda die.

1667. *(f. 155.)* Nobilis *Olczuch* de Strobino, out fideiusserat prout Egidio advocato de Sobyesczki, quod debuit respondere coram domino duce Sdzeslao de Visczele, et statuit eundem Egidium predictus *Olczuch* iam[6]) quarto, et ipse Sdzeslaus non stetit neque sibi aliquis terminum prorogavit ob hoc.

162. **Termini zacroczimenses sabbatho in crastino sancte Katherine uirginis gloriose coram domino Martino de leszew subiudice necnon Zemakone de Sdunowo. anno etc. XXXV-to.** *(1435, 26 nov.).*

1668. Nobilis Iacussius de Slothopolice et scabini, unus de Crocewo et alius de Trampki, recognoverunt in iudicio, quia Petrus kmetho non debuit reddere iuvanen *(s.)* domine Trampskei, et super iure isto sedebamus.

1669. Ian de Zaluski s. m. contra Iohannem de Stroszewo et sibi Iohanni mediam sexagenam monete communis in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1670. Stanislaus Trampski s. m. contra Nicolaum de Paluki et sibi Nicolao sex sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1671. Andreas de Slothopolice s. m. contra dominum pincernam de Przibuieuice et sibi pincerne mediam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1672. Falislaus de Nyepyecli s. m. contra Iacussium de Falibogi et sibi quadraginta et tres sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1673. *(f. 155 v.)* Petrus de Nyepyecli coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duodecem sexagenas monete communis super festum

[1]) *cam.* tene. [2]) filiorum *d* [3]) duc *d* [4]) *na lewym marginesie obok noty dopisano i wykreślono:* sex marcarum fideiussit. [5]) terminum habent no *d* [6]) p *d*.

sancti Bartholomei proxime venturum nobili Stanislao heredi de Woyni, si autem non solverit, extunc quatuordecem sexagenas solvere se obligavit.

163. Termini in Nouemyasto feria quinta [1] in crastino sancti Andree apostoli domini gloriosi coram domino iudice Silamo necnon Martino subiudice a. d. etc. XXXV-to. *(1435, 1 dec.)*

1674. Swanthoslaus de Crziszczki domino vexillifero tres marcas et preconi ecciam tres, quia pro furto est concordatus, cuilibet in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1675. Ad dominum ducem. Inter dominum Adam de Coualeuice ex una et Laurencium <*Panthka*> ex altera partibus terminos ad dominum ducem damus prima uia die secunda felicis adventu *(s.)* [2]).

1676. Nobilis [3]) Nicolaus Clementis filius de Mirzinyecz recognovit personaliter in iudicio, quia pater suus videlicet Clemens pro dotalicio et pro omnibus causis et rebus, quecumque inter eos vertebantur, tam magnis et parwis omnia dimittendo [3]), satisfecit et eidem Nicolao filio suo unam sexagenam super festum sancti Michaelis proxime venturum, et aliam super festum sancti Iohannis Baptiste, et in omnibus predictis rebus sub triginta sexagenis <vadii> a Nicolao predicto perpetuam pacem a modo habebit.

1677. Nadmirus de Smolechowo s. m., quia non egit, sicut citavit Bronissium de Virziki.

1678. *(f. 156.)* Swanthoslaus de Virziki s. m. contra Nadmironem pro quadam caucione.

1679. Nobilis Mathias de Vanssi coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam sextam sexagenam monete communis videlicet mediorum gr., si vero non habuerit plenarie medios grossos, extunc parwis peccuniis mediam sexagenam dare debet [5]) quarta die ante festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Andree de Brodowo, si autem non solverit, extunc mediam terciam sexagenam perdet ad eundem Andream, quas sibi iam dedit, et Andree pro obligacione iuxta litteram tenebit et habebit tamdiu, donec sibi predictus Andreas peccuniam plenarie persolverit et ex toto.

1680. Bronissius de Virziki d. testes contra Nadmironem de Lowczewo: Budek de Golanbye, Laurencius *Panthka,* Vitus *Gorka*, Iacusch *Gorka* [6]), Bogumil de Modzele. Rotha: *„Iakom ya nyevirzuczil stanidla s Nadmiroua* [7]) *vpusta szilan"*.

1681. Dzirszek, Voyczech, Czcziborowa per s. m. contra Mathiam de Slunyczewo et super eosdem iure acquisivit sextam porcionem obligacionis ibidem in Slunyczewo, quam tenerunt a Przedboio *(s.)*, Iasczoldo et *Coscesche* et Stephano, et Nicolaus Iacuscheuicz, Martinus Vawrzinczowca filius voluntarie submiserunt penam eandem.

1682. *Stopka* s. m. contra Boguslaum.

1683. Falk *nyestane* de Ponyathi contra Iohannem de Blandovo.

1684. Pauel de Mazow s. m. contra preconem est *(s.)* et sibi quinque marcas et decem grossos, medietatem capitalis et medietatem dampni in sex septimanis sub pena L solvere debet.

[1]) *cz d.* [2]) *dalej czytamy:* Littera super datur, *która dotrzyje może bądź do № 1435, bądź do 1676.* [3]) Pronissius de *d.* [4]) et racione istius *d.* [5]) super festum Nativitatis Christi *d.* [6]) Ian *d.* [7]) *w rękopisie razem*

1685. *(f. 156 v.)* Swanschek de Crzisczki penam furti contra Iohannem de ibidem, quia testibus se non expurgavit et duas sexagenas inscribere noluit, in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1686. *Stopka* d. testes contra Boguslaum de Ponyathi: *Smyara* de Chmyelewo, Nicolaus de ibidem, Smyara de Ieblecznіki, Albertus de Clucowo, Zemak de Michowo. Rotha solius: *„Iakom ia nyepusczil swego konye w Boguslavovi cobili szilan, ani gego szrzepcza*[1] *viatl“*. Rotha testium: *„Iako ia tho vyem, esze Ondrzei nyepusczil swego konye w Boguslavovi cobili szilan, ani iego szrzepcza viatl“*.

164.* Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Nicolai coram Floriano et Allexandro etc. a. d. M-o etc. XXXV-to. *(1435, 3 dec.).*

1687.[2]) Dominus Stiborius ex decreto domini ducis et eius dignitariis scabinos et advocatum pro kmethone staltjuit contra Iohannem de Proscowo, et cum coram nobis recognoscere debuerunt, predictus Iohannes dixit: „ibi non erat banitum iudicium, et hoc sum paratus cum nobili docere“, et predictus kmetho wlgariter *giszczecz* dixit: „banitum est iudicium“, et hoc idem scabini et advocatus dixit, quia banitum, et ultra dixit kmetho: „ecciam sum paratus nobili docere“; et hoc damus ad dominum iudicem.

1688. *(f. 157.)* Domina *Lwoua* in termino assignato non stetit neque sibi aliquis terminum dilatavit, nisi in primo termino prorogaverunt terminum eidem contra Borzim de[3]) Stranbowo olim herede, et in *(s.)* super tercium terminum citata fuit, et procurator domine dixit: „non citata“, et preco recognovit, quia citavit eam.

1689. Nobilis *Olczuch* de Strobino ex una et Sdzeslaus ex altera partibus coram nobis in iudicio sumpserunt se *powestczi* ad dominum Silamum iudicem zacroczimiensem <pro dicione et lucro> pro eo, quia *Olczuch* dixit: „statui Egidium coram domino duce primo et secundo terminorum“, et Sdzeslaus dixit: „non statuisti“, et dominus iudex litteram ad iudicium misit, quia statuit Egidium bis coram domino duce.

1690. Stanislaw de Zauadi s. m. contra Nicolaum de Pilchtowo et sibi quindecim grossos et stabulum parare ante duas septimanas sub pena L solvere debet.

1691. Dobek *Cosdroi,* prout fideiussores se in duobus statuerit septimanis contra dominum Stiborium[4]) obligavit, et statuit, et dominus Stiborius non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1692. Nobilis Bogutha de Squari coram iudicio personaliter constitutus contulit et resignavit sua bona in[5]) regendum filio suo Stanislao ita, quod idem Stanislaus potens est citare, agere, respondere procuratoremque a se statuere, sicut et solus Boguta, si talibus personaliter interesset.

1693. Paulus de Squari unum *nyestane* contra Przechnam de Czampkowo.

1694. Machna de Scarzino binum *nyestane* contra Hedwigim et Iachnam de Nadolne.

1695. Pauel de Squari L contra Stanislaum de Czampkowo ob non solucionem debiti acquisiti.

1696. Przechna de Czalmjpkowo stetit <in termino assignato>[6]) contra Paulum de Squari per suum procuratorem, et ipse Paulus non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

[1]) vg *d.* [2]) *n. r. dod.:* 1435. [3]) Szukowo *a.* [4]) et *d.* [5]) rd *d* [6]) *cam* omnes nos.

1697. *(f. 157 v.)* Nobiles Hedwys et Iachna de Skarzino steterunt in termino assignato contra Mathiam de ibidem[1]), prius sibi terminos prorogaverunt, sed in termino[2]) preterito non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit.

165.* Termini zacroczimienses sabbato proximo post festum Concepcionis uirginis Marie coram domino Silamo iudice necnon Martino subiudice a. d. etc. XXXV-to. *(1435, 10 dec.).*

1698. Domyenicus de Noskowo kmeto, qui exivit de Camyenicza a domino Falantha, iam ibidem prefato Falanthe gazam et sepes, allodium totumque ius compleuit, sed *sanszeki* et portas ad allodium parare debet, dum tempus affuerit.

1699. Swanch de Vola d. testes contra dominum de Trampki: Pauel *Obradlo* de Slotopolice, Maczei *Domararz* de Zacroczim, Micolai *Kutha* de Zacroczim, Pyotr *Wrona* de Trampki, Micolai *Coschuth* de Mochti. Rotha: *„Iakom ia otham crzieda zestal, esze mi ieu sluga pobral conopye smego*[3]) *domu.“*

1700. Andrzei Dlotowski s. m. contra Ianuszium de Ianuschewo.

1701. *(f. 158.)* Vaszilecz de Czirzwyenysko citans strenuum dominum Nicolaum de Choczeschewo solus non paruit, neque stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, ideo liberum predictum Nicolaum fecimus et Vaszilecz in s. m. iudicamus, pacem prefato Nicolao perpetuam tribuentes pro premissis.

1702. Dominus dux cum suis dignitariis in Czechonowo liberos fecit nobiles Vischon et Petrum heredes de Zaluski a vadio alias[4]) *oth zacladu*, quod vadium dominus subcamerarius firmaverat et vallaverat inter fratres Vischon, Nicolaum et Petrum ex una et Henricum *Cruk* dictum ex altera partibus, et eosdem in perpetue in pace pro predicto vadio liberos fecit et in Makow vallatum erat.

1703. Nobilis Myeczslaus de Sobole coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere quinque sexagenas monete in terra currentis nobili Iacussio de Falibogi super festum sancti Adalberti proxime venturum, si autem non solverit, extunc obligacionem suam, quam tenet a Borz, ad prefatum Iacussium perdet et amittet eviterne et in ewm cum tali iure, sicut, et solus tenet et habet sub tali condicione, quod si aliquis primum ius, quam *(s.)* ista inscripcio super prefatam obligacionem habuerit, et eandem sibi non deliberaverit, extunc sua bona tota mobilia ad eundem Iacussium perdet et amittet omni contradicione procul mota.

166.* *(f. 158 v.)* **Termini in Nouemyasto feria quinta proxima post festum sancte Lucie coram Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXXV-to.** *(1435, 15 dec.).*

1704. Micolai[5]) kmetho de Pogorzelecz resignavit suam procuraciam[6]) suo domino Petro de ibidem contra Albertum de Gzowo, quid eidem *(s.)* sibi peccora quinque accepit sine iure.

1705. Nobilis Falislaus de Pyanowo coram nobis personaliter constitutus publice recognovit, quia nobili Andree de Iableczniki sua bona tam mobilia, quam immobilia perpetualiter resignavit cum omnibus et singulis utilitatibus, nichil pro se reservatis, ecciam debita et ubicumque bona fuerint, ad que ipse Falislaus ius haberet, eidem Andree commendavit habere, tenere pacifice et quiete perpetueque obtinere.

[1]) primum sibi *d.* [2]) pretio *a.* [3]) *cum.* sgego. [4]) z *d.* [5]) *cum.* Petrus [6]) contra *d*

1706. Ian de Brolino alias *Cozel* s. m. contra Albertum de Clucowo.

1707. Adam de Brolino coram iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia fideiussit pro suo filio Iohanne de ibidem tres sexagenas[1]) monete communis super festum sancti Martini proxime venturum nobili Alberto de Clucowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

1708. *(f. 159.)* Iaschek de Zauisti solvit L.

1709. Andreas *Stopka* s. m. contra Boguslaum de Ponyathi.

1710. Nobilis Nicolaus de Byelani coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere quatuor sexagenas domino abbati czirzwyenensis monasterii super festum sancte Margarethe proxime venturum, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem[2]) cum paratis peccuniis solvere est obligatus.

1711. Santhkowa de Rostki II s. m. contra Mathiam de ibidem.

1712. Ieschek *(s.)* de Virziki L contra Iasczoldum de [3]) filium suum.

1713. Petrus de Slunyczewo coram iudicio personaliter constitutus palam recognovit, quia fideiussit sex sexagenas pro nobili Paulo alias *Bilicza* laborioso viro Petro de Bilicze super festum Nativitatis Christi a proxime venturi per spacium unius anni, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere predicto kmetoni obligavit, et si[4]) hoc idem dampnum, quod absit, Petrus labetur, hoc *Bilicze* predicti dampnum erit.

1714. Nobilis Borzim de Galanski coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas a festo Nativitatis Christi proxime venturo ad aliud festum eiusdem Nativitatis nobili Iohanni de ibidem fratri suo, si autem non solverit, extunc obligacionem prefatus Iohannes, quam habet a Borzim, perpetue cum omnibus et singulis utilitatibus nichil pro se reservatis obtinebit, et si quis pro eadem obligacione prefatum Iohannem inpedierit, extunc ipsius Borzim dampnum erit et non Iohannis.

1715. *(f. 159 v.)* Iacobus de Kanthne personaliter constitutus obligatus est solvere duas sexagenas cum duodecim grossis monete communis[5]) a festo Pasce proxime venturo per spacium unius anni nobili Dzetrzich de Swirzkovo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem paratis peccuniis solvere se obligavit.

167.[6] **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Thome appostoli domini coram domino Vyelislao subiudice necnon Floriano de Sdunowo et Allexandro a. d. M-o etc. XXXV-to.** *(1435, 17 dec.)*

1716. Dorothea Nicolai uxor de Boguslavouice coram iudicio personaliter constituta suam procuraciam alias *przan* nobili Petro de Postrusze pro omnibus suis causis contulit pariterque resignavit contra quascunque personas, cuiuscunque condicionis fuerint, promittens contractum suum tenere, quecunque ipse Petrus faceret, potensque erit citare, agere, respondere tanquam solamet, si talibus personaliter interesset.

1717. Nobilis Boguslaus de Sobanice coram iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia pro kmethonibus de Lazanki fideiussit[7]) sex sexagenas monete communis super festum sancti Michaelis proxime venturum nobili Abrahe de Gavarzecz.

[1]) suo *d.* [2]) ro *d.* [3]) *brak nazwy miejscowości.* [4]) L *a.* [5]) s *d.* [6]) *termin roczkowy w rękopisie przekreślono.* [7]) *nad linją dopisano:* mediam sexagenam.

1718. Iacobus kmetho molendinator de Gromadzino domini Iohannis Marschalci piie memorie coram iudicio personaliter constitutus procuraciam suam contulit et resignavit nobili Petro de Iarluti contra dominum Iohannem de Gromadzino pro molendino ibidem in Gromadzino, dans et committens eidem Petro omnimodam potestatem agendi, faciendi, velut solus, si personaliter interesset.

1719. *(f. 160.)* Margaretha de Plonyska Matissowa coram iudicio personaliter constituta procuraciam suam contulit Stanislao de Coricziska contra Dorotheam de Boguslavouicze pro eo, quia iniecisti te in meam porcionem violenter ibidem in Boguslawouicze et michi eandem dare non vis.

1720. Nyemyerze *(s.)* de Grąpczewo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam alteram sexagenam monete communis in duabus septimanis intrans ieiunium nobili Alberto de Zarambi sub quinquaginta, si non solverit, et sub *pyacznadzeszcze* paratis.

1721. Dominus Stiborius de Colozampy coram [iudi]cio personaliter constitutus publice recognovit [1]), quia obligavit se solvere nonaginta s[exagenas] monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturi nobili Iohanni de Slepewroni, quod si non solverit super prefixum terminum, extunc literam suam, seu hereditatem in districtu czechonoviensi [2]) sitam, dictam Nyevicl, cum omnibus utilitatibus, nichil pro se reservatis, perdet et amittet eviterne et in ewm, excepto frumento iam in terram seminato, quod pro se tamen [3]) reservat; et idem Iohannes de Slepewroni predicto domino Stiborio <XXXX sexagenas mediorum gr.> super festum sancti Nicolai [4]) proxime venturi obligatus est solvere sub [5]) dampno totidem domino [6]) Stiborio ir[re]cuse, si autem, quod absit, perdet dominus Stiborius predictam villam Nyevicl, extunc idem dominus Stiborius predicto Iohanni cor[am] domino duce reparare debet et litteras sive ius super eandem hereditatem dare debet, quicumque ammonitus fuerit per prefatum Iohannem ad quamcumque civitatem se sumpserit ad Nouemyasto, ad Zacroczim, ibidem dominus Stiborius obligatus est reformare.

1722. Dominus Stiborius de Colozampy personaliter constitutus obligatus est solvere tres sexagenas <cum X grossis> monete communis super festum Penthecosten proxime ve[nturum] nobili Sdzeslao de Curzanth[kowo], si autem non solverit, extunc racione dampni [totidem] solvere se obligavit.

1723. [7]) *(f. 160 v.)* Hedwys de [8]) Zarambino et Iachna de Nadolne germane sorores stantes terminos totos ad *(s.)* contra Machnam de Skarzino per suum procuratorem iterum ad sentenciandum citata per easdem sorores, non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, et ipse sorores Hedwys et Iachna steterunt per suum procuratorem.

1724. [9]) Plebanus de Gromadzino *nyestane* contra Petrum de ibidem.

1725. Dominus Iohannes de Gromadzino *nyestane* contra molendinatorem de Gromadzino.

1726. *Squara* canonicus *nyestane* contra Przeszmir de [10]) Squari.

1727. Stanislaus de Squari habuit terminum in duabus septimanis coram domino iudice cum Virzchoslao de ibidem et non stetit iam in omnibus terminis idem Stanislaus nisi in primo; stabat tercio, qui ipsum citaverat pro iure terrestri.

[1]) quia *d.* [2]) *cam.* zacroczimiensi. [3]) reserat *d.* [4]) ob *d.* [5]) *w oryg. wykr.* [6]) d *d.* [7]) *u górnego brzegu karty wykreślone:* Termini czechonovienses. [8]) Nadolne *d.* [9]) Pet *d.* [10]) de *d.*

1728. Pauel de Squari LL contra Stanislaum de Czapkowo ob non solucionem debiti acquisiti.

1729. Prechna de Czapkowo citavit [Pau]lum de Squari ad sentenciandum, alias *kuskazanyv,* et suos omnes terminos per suum procuratorem stetit super eundem, et ipse Paulus non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, et hoc damus ad dominum iudicem.

168. **Acta in Zacroczim feria quinta** *(s.)* **in die Innocencium coram viceprocuratore a. XXXV-to.** *(1435, 28 dec.).*

1730. May iudeus de Vischegrath [steti]t in termino assignato contra Iohannem [de N]yeborzino et ipse Iohannes non [stetit], neque sibi terminum aliquis prorogavit ....m terminum sibi prorogaverunt.

169[1]). *(f. 161)* **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Thome appostoli a. d. M-o etc. XXXV-to coram Vyelislao subiudice et Floriano de Sdunovo ceterisque officialibus iudicii.** *(1435, 17 dec.).*

1731. Dorothea Nicolai uxor de Boguslavouice coram iudicio personaliter constituta procuraciam suam contulit pariter et resignavit nobili Petro de Postrusze pro omnibus suis causis contra quascumque personas, cuiuscumque status vel condicionis fuerit, dans et committens eidem Petro omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi, promittens ratumque firmum tenere, quidcumque per eundem Petrum ordinatum et factum fuerit, tamquam solamet faceret, si talibus personaliter interesset.

1732. Nobilis Boguslaus de Sobanice coram iudicio personaliter constitutus recognovit, quia fideiussit sex sexagenas[2]) pro kmethonibus de Lasanki nobili[3]) Abrahe de Gauarzecz, quasquidem sex sexagenas obligavit se solvere predicto Abrahe super festum sancti Michaelis proxime venturum bona fide.

1733. Ia[co]bus kmetho de Gromadzino coram nobis in iudicio personaliter constitutus procuraciam suam resignavit nobili Petro de Iarluti contra dominum Iohanem de Gromadzino pro molendino ibidem in Gromadzino, dans eidem Petro omnimodam potestatem faciendi, sicut et solus faceret, si talibus personaliter interesset.

1734. Margaretha Mathissowa de Plonyska coram iudicio personaliter constituta procuraciam suam contulit Stanislao de Coricziska contra Dorotheam de Boguslauo[vi]ce agere pro porcione sua hereditatis ibidem in Boguslauo[vi]ce.

1735. *(f. 161 v.)* P[leb]anus de Gromadzino *nyestane* contra Petrum de ibidem[4]).

1736. Nyemrze *(s.)* de Grampczewo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam alteram sexagenam monete communis in duabus septimanis[5]) ieiunii nobili Alberto de Zarambi sub quinquaginta iudicio et sibi Alberto sub *pyacznadzeszcze* paratis pecuniis.

1737. *Squara* canonicus *nyestane* contra Przesmir de Squari.

1738. Dominus Stiborius de Colozampy coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere nonaginta sexagenas monete in *(s.)* de terra currentis su-

[1]) *cała karta 161 jest powtórzeniem daty i zapisek z roczków ciechanowskich z dnia 17 grudnia (por. f. 150 v. N. roczków 167 i N. N. zapisek od 1716 do 1723) z pewnemi jednak zmianami w sposobie zredagowania zapisek.* [2]) de *d.* [3]) Ade *d.* [4]) *zapiska ta jest pisana drobnem i b. zyblaktem pismem na górnym brzegu strony.* [5]) Int *d*

per festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Iohanni de Slepewroni, quod si non solverit super prefixum terminum, extunc villam totam dictam Nyewicl in districtu czechonowiensi sitam cum omnibus [1]) utilitatibus [2]), nichil pro se reservatis [3]), exceptis [4]) frumento in terram seminato ad iiemem et feno, quod est in horeo, perdet et amittet eviterne et in ewm, et prefatus Iohannes obligavit se solvere predicto domino Stiborio quadraginta sexagenas monete mediorum gr. <super festum sancti Nicolai> sub totidem dampni; si <autem> predictam villam Nyevicl dominus Stiborius ad prefatum Iohannem amiserit, quod absit, extunc dominus Stiborius debet coram domino duce eandem Iohanni resignare, ubicumque Iohannes ipsum amonuerit seu evoccaverit, videlicet hic ad Zacroczim, ad Nouemyasto, et omnia iura sive literas, quas super prenominatam villam habuerit dominus Stiborius, prefato Iohanni [5]) obligavit se dare bona fide [6]).

1739. Dominus Stiborius de Colosampy coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas cum decem grossis monete communis super festum Pentecosten proxime venturum nobili Sdzeslao de Curzanthkowo, si autem non solverit super terminum prescriptum, extunc racione totidem dampni se solvere obligavit.

1740. Hedvys de Zarambino [7]) et Iachna de Nadolne germane sorores stantes totos terminos per suum procuratorem contra Machnam de Skarzino iterum eandem citaverant ad sentenciandum, et ipsa non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1741. *(f. 162.)* Pauel de Squari LL contra Stanislaum de Czampkowo ob non solucionem debiti acquisiti.

1742. Przechna de Czampkowo citavit [8]) Paulum de Squari ad sentenciandum et prius omnes terminos stetit per suum procuratorem contra eundem, et ipse Paulus non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

170.* Termini in Nouemyasto feria quinta proxima post festum Nativitatis Christi coram Silamo iudice et aliis officialibus iudicii a. d. M-o etc. XXXV-to. *(1435, 29 dec.).*

1743. Ian de Mazouo s. m. contra Petrum de ibidem et sibi peccuniam in sex septimanis sub pena L solvere debet tantum, quantum in libro sibi Petro prius solvere obligabat super ius.

1744. Nobilis Iohannes alias *Sorcz* procurator de Makovo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas monete communis provido viro *Borcze* de Poltousko civis *(s.)* in quatuor septimanis, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

1745. Nobilis Iohannes de Byelani coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere quatuor sexagenas monete communis super festum Nativitatis [9]) Marie proxime venturum nobili Nicolao de Ganszorovo, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem solvere est obligatus.

1746. Sassinus de Redzenowo cum fratre suo Paris ambo constituti personaliter in iudicio unus alteri sua bona comisit in regendum, quicumque aliquis ex ipsis hic in bonis constituetur, tam in bonis mobilibus quam iimmobilibus, et ecciam procuratorem potentes erunt stabilire quilibet eorum tam a se, quam eciam ab illo, qui in absencia fuerit, contra quascumque personas pro omnibus [10]) eorum

[1]) o *d.* [2]) in *d.* [3]) ibidem reservatis *d* [4]) frme *d* [5]) debet *d.* [6]) *na kraym marginesie dopisano* non ...entis(?) [7]) *zam.* Nadolne. [8]) *poprawione z* citans. [9]) Christi *d.* [10]) s *d.*

causis, quia idem procurator potens erit citare, agere et respondere, sicut soli, si talibus interessent personaliter.

1747. *(f. 162 v.)* Bronisch *Virzik* Nicolai s. m. contra Petrum de Postrusze et sibi Petro *pyacznadzeszcze* paratis in sex septimanis sub pena L.

1748. Nobilis Iohannes de Gadnowo <et Stanislaus frater eius de ibidem> coram iudicio personaliter constituti [1]) publice per expressum recognoverunt, quia receperunt XXXX-ta sexagenas monete communis a domino Adam de Coualeuice [2]) pronunc et prius sexagenas sexaginta receperunt, super quas sexaginta sexagenas predictus Adam habet litteram domini ducis, et de prefata litera totam formam [3]) iuxta ipsam literam aliam idem Adam debet accipere in proximo felici adventu domini ducis sumam unam centum sexagenarum faciendo de predictis XXXX-ta nunc receptis et sexaginta, que in libro continentur, et prefati Iohanes cum Stanislao coniuncta manu fideiusserunt [4]) pro domina Iohanis predicti, quia coram domino duce aut in iudicio, si potest abrenunciare se, debet de dotalicio, si autem non fecerit abrenunciacionem, extunc Iohannes obligatus est Stanislao dimensurare XII mansos in Gadnow de sua propria porcione [5]) et eosdem mansos perdet eviterne [6]).

1749. Micolai de Chmyelewo s. m. contra Paulum de Stpice.

1750. Voyczech de Stpice s. m. contra Andream fratrem suum.

1751. Swanchna de Glodowo LL contra Iacussium de ibidem, quia binum *gednane* non posuit [7]).

1752. Nobilis Martinus de Byenyki coram iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia Nicolaus de Rzebri solvit sibi XII sexagenas, quas patri ipsius Martini super eodem racione dotalicii iure acquisivit.

171*. *(f. 163.)* **Termini czechonovienses sabbato in vigilia Circumcisionis Christi coram Floriano de Sdunovo necnon Allexandro de Grampczewo a. d. M-o etc. XXXV-o.** *(1435, 31 dec.)*

1753. Nobilis Myeczslaus de Squari debet statuere nunccios Laurencium de Grampczewo et Allexandrum de ibidem, qui simpliciter recognicionem facere debent, utrum Nicolaus per eosdem nunccios Myeczslaum petivit, quod sibi peccuniam expectaret.

1754. Falislaus de Oszek s. m. contra Iohanem de Gauarzecz et sibi quinquaginta grossos et *pyacznadzescze* in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1755. Micolai de Michowo s. m. contra Mscislaum de Czeczorki.

1756. Iohannes de Nyeborzino s. m. contra Ianłuȷszium de Ianuschewo.

1757. Ego Paulus preco in districtu czechonoviensi vigore domini ducis inter Myeczslaum de Squari ex una et Nicolaum <cum> filiis suis omnibus vadii quinquaginta sexagenarum vallo et interpono [8]) et utrisque eundem vadium personaliter revelavi.

1758. Nicolaus de Pilchtowo iure acquisivit mediam secundam marcam

[1]) [illegible] [2]) modo *d.* [3]) sive *d.* [4]) pre *d.* [5]) que *d.* [6]) *na marginesie na lewo od tekstu wzdłuż strony znajduje się dopisek:* ad eundem Stanislaum, si Vola perderetur; *na marginesie na prawo:* si autem non, extunc (d.) villam Volam ad Adam perpetue amittent. [7]) ac illam non poss *d.* [8]) ut pacem *d.*

super Nicolao *Olczuch* de Strobino pro colono et totum ius terrestre in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1759. Pauel de Squari LLL contra Stanislaum ob non solucionem debiti acquisiti.

1760. Idem Stanislaus de Czampkovo iam totos terminos contra Paulum prefatum stetit et penas iuxta librum super eodem sentenciavimus et *pyacznadzescze* Stanislao.

1761. *(f. 163 v.)* Machna de Skarzino *nyestane* contra Derslaum de ibidem.

1762. Pauel de Squari *nyestane* contra Myeczslaum de ibidem.

1763. Dobek *Cosdroi* de Strobino[1]) dominum Stiborium citavit ad sentenciandum, et stantes iudicio terminos prorogaverunt inter se alias *rosianli*, et post prorogacionem prefatus Dobek stetit, et dominus Stiborius non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, et domino Iohanni de Slepewroni potens erit agere et respondere, sicut ipse solus Dobek, si interesset.

1764.[2]) Boguta de Squari stetit in termino assignato ad dominum iudicem contra Petrum de Cozarzewo et Petrus non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, et hoc per suum procuratorem Stanislaum filium eiusdem.

1765. Nobilis Nicolaus de Squari coram iudicio personaliter constitutus suam causam alias *przan* resignavit Stanislao de ibidem filiastro suo contra nobiles heredes de Cozarzewo pro omnibus suis causis dans et comittens eidem Stanislao omnimodam potestatem respondendi, citandi, agendi et omnia, que ipse facet *(s.)* faciendi, si talibus personaliter interesset.

1766. Nobilis Iohannes de Sanchoczino 1 *nyestane* contra molendinatorem de Gromadzino.

1767. Plebanus de Gromadzino 1 *nestane* contra Petrum de ibidem.

1768. Casper de Schimaki kmetho citans Petrum de Iarluti solus non paruit in termino assignato; ad dominum iudicem, si Petrus debet respondere ipse vel non, quia dixit: „non est hic meus districtus".

172. *(f. 164)* **Termini zacroczimienses sabbato in crastino Epiphanie coram Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque officialibus iudicio presidentibus a. d. M-o etc. XXXVI-o.** *(1436, 7 ian.).*

1769. Testis kmethonis Swanthoslai de Vola contra dominam Trampska deviacio, quia dixit: *esz iei sluga* et debuit dicere: *esze iei sluga.*

1770. Domina Trampska docuit in iudicio scabinis super Swanthoslaum alias *Stranczkonem* de Vola pro sexagena iuvaminis et pro bove et pro medio manso siliginis in terra in duabus septimanis solvere et complere debet.

1771. Idem domina super Petrum kmethonem de Vola scabinis in iudicio docuit pro iure terrestri toto de manso et pro diebus.

1772. Swaschek de Zarambi s. m. contra Stiborium de Nyepyecli, quia ante terminum egit pro debito.

1773. Climyanthowa de Vilami s. m. contra advocatum de Moglno.

1774. Stanislaus de Trampki dixit: „ego sto in termino contra dominos Scrzinikye" *(s.)*, et eis terminum dilataverunt per sex septimanas, quia ad expedicionem transiverunt, et Stanislaus dixit: „ipsi me citaverunt, et pareo".

[1]) post prorogacionem *d.* [2]) Stanislaus *d.*

1775. Andrzei de Slothopolice s. m. contra dominum pincernam et sibi decem et [1]) medium sextum grossum in duabus septimanis et mediam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet.

173*. *(f. 164 v.)* **Acta eodem sabbato coram domino subiudice a. d. etc. XXXVI-o.** *(1430, 7 ian.).*

1776. Prout dominus subiudex terminum advocato Iohanni de Zacroczim assignaverat ex mandato domini ducis ad instanciam Bernardi nobilis heredis de Mirzonowo pro quodam censu silve scito alias *valczinisch*; prefatus Iohannes advocatus paruit necnon in predicto termino stetit, prout sibi assignaverant, et prefatus Bernardus non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1777. Nobilis domina relicta Clementis de Vilamouice ex decreto iuris iuramentum paravit contra advocatum de Moglno pro litteris omnibus, pro quibus se iure impediverunt, ideo iam amplius per eundem advocatum et per successores ipsius impediri non debet literis predictis etc.

174. [2]) **Termini in Nouemyasto feria quinta infra octavas Epiphanie coram Silamo iudice et Petro de Postrusze et aliis iudicii officialibus a. d. M-o etc. XXXVI-o.** *(1430, 12 ian.)*

1778. Nobilis Petrus de Craianczino coram iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia obligavit se solvere centum grossos <et grossum> nobili Thome de Ganszorovo super festum Nativitatis Marie uirginis gloriose, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

1779. *(f. 165.)* Laboriosus vir [2]) Nicolaus kmetho de Ianowo coram iudicio personaliter constitutus suam procuraciam nobili Pelce de Popyelsino contulit et resignavit contra nobilem Iohannem de Iardanovice [3]) pro cane alias *ochartha* agendi, respolnjdendi et omnia faciendi, sicut solus, si talibus personaliter interesset.

1780. Vitus de Rzebri d. testes contra Ialbrzikonem de Smirdzigrochi: primus Falibog de Rzebri, Micolai de ibidem, *Mroczek* de ibidem, Ian de ibidem filius eius, *Lada* de Kansche, Ian filius eius de ibidem. Rotha: „*Okthori kony Ialbrzik namya zaloval, thegom ia gemv nyevcratl, ani vszithku gimam*".

1781. *Dzaczol* Micolai de Crzisczki s. m. contra *Grabya*.

1782. Maczei *Galanska* s. m. contra Iasczoldo<nem> de Virziki pro caucione fideiussoria.

1783. *Grabya* de Pyesczirogi [4]) s. m. contra Iacobum pro caucione fideiussoria.

1784. Iacobus idem econverso s. m. contra *Grabya* pro caucacione *(s.)* fideiussoria et sibi quindecim grossos in duabus septimanis et duos grossos pro censu [5]) sub pena L solvere debet.

1785. Clemens de Lossowo s. m. contra Boguslaum de Ponyati.

1786. Sczepan de Virziki II s. m. contra Bronissium de ibidem pro caucione fideiussoria et sibi sedecim *(f. 165 v.)* scropharum *obrznego* et chorum avene in septimanis duabus sub pena L solvere debet.

1787. Pauel de Zalesze I L contra iudicium, quia non posuit *gednane*.

[1]) se *d.* [2]) Io *d.* [3]) Iardanowice *d., dalej na brzegu karty litera* k , *a pod tem* col. [4]) g *zam* kl [5]) in duabus

1788. Falk de Ponyathi s. m. contra Stanislaum et Stephanum de Glinice et eis per viginti grossos in sex [1]) septimanis sub pena L solvere debet.

1789. Micolai de Dzeczi s. m. contra Paulum de Stpice ob non solucionem penarum [2]) ipsius Pauli.

1790. Przedborius preco zacroczimiensis citans Bronissium de Virziki solus non stetit, ideo in ipso s. m. iudicamus, Bronissium liberum dimittendo predicta de citacione.

175. Termini czechonovienses sabbato proximo post octavas Epiphanie a. d M-o CCCC-o XXXVI-o coram domino Zemak iudice czechonoviensi et aliis officialibus iudicii. *(f. 165, 14 VIII.)*

1791. Machna de Skarzino non stetit in termino assignato contra Hedwim et Iachnam de ibidem et iterum citata per easdem ad sentenciandum, alias *ku skazanyv,* ideo suam causam amisit, et in duabus penis LL ipsam sentenciavimus, et sibi Hedvys et Iachne cuilibet per XII sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1792. Cristinus coram nobis personaliter in iudicio stans dixit „non habeo de quo respondere, quia Allexandro sua bona obligavi et sub ipso resideo et ibi respondebo", et nos sibi in duabus septimanis statuere fecimus Allexandrum cum litera, et non statuit, propter hoc eundem iudicamus ad perdicionem causam *(s.)* et Stanislao ipsum ad sentenciandum citare fecimus.

1793. *(f. 166.)* Dorothea Micolaioua de Boguslavouice s. m. contra Margaretam de ibidem.

1794. Pauel de Squari L contra P<rz>yechnam de Czapkowo, quia non stetit in termino assignato, neque sibi terminum prorogaverunt [3]) et iterum ad sentenciandum citavit eundem et ipse non stetit, necque *(s.)* sibi terminum aliquis prorogat et ob hoc sibi debet solvere mediam terciam sine duobus grossis sexagenam in sex septimanis.

1795. Ex decreto iudicii domina *Luova* diem assignavit in Stranbowo [4]) minori domino *Narwoth* de Noskovo agerum super Martinum kmethonem de ibidem.

1796. Nobilis Ian [5]) de Michow coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam quintam sexagenam in moneta mediorum gr. super festum sancti Petri et Pauli proxime venturum nobili [6]) Bo[g]uslao de Czeczorki, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit irrecuse.

1797. Nicolaus de Squari s. m. contra Myeczslaum de ibidem et sibi sexagenam in duabus sexagenis *(s.)* sub pena L pro caucione fideiussoria [7]).

1798. Virzchoslaus de Squari s. m. contra Stanislaum de ibidem.

1799. Stanislaus idem de Squari, prout kmethonem fideiusserat [8]) a Virzchoslao, iudicium eundem Stanislaum de eadem caucione liberum fecerunt.

1800. Ian de Michow s. m. contra Mscislaum de Czeczorki pro debito.

1801. *(f. 166 v.)* Nobilis Nicolaus de Raschevo coram nobis personaliter constitutus publice per expressum recognovit, quia hareditatem suam sive villam

---

[1]) *sam.* [illegible] s. [2]) *pro d* [3]) *et d* [4]) *per d* [5]) *sam* Nicolaus [6]) Alberto *d* [7]) *niże)* [illegible] [illegible] Prout Stanislaus de [illegible] *d.*

dictam Redzimino in districtu zacroczimiensi sitam [1]) et porcionem in Osszek ad eundem pertinentem nobili Paulo de Raschevo necnon notario zacroczimiensi [2]) ad gubernandum per trigenium *(s.)* cum omnibus utilitatibus [3]) comisit sub tali tamen condicione, quod idem notarius predicto Nicolao cum fratre ipsius Iohanne per predictos tres annos per sex sexagenas monete communis et per duos acervos in quolibet acervo XXX-ta casulas continentes dare est obligatus cum ceteris necessariis ad victum et amictum; cum autem tempus predicte ville submittendi venerit, extunc [4]) notarius predicto Nicolao duos acervos dare debet per XXX-ta cassulas in quolibet acervo de seminibus iiemalibus pro se residuitatem reservando; et idem Nicolaus fideiubet pacem notario pro fratre suo Iohanne per dictos annos et hoc coram domino duce.

1802. Przeczslaus de Baschino LLLLLLLLLL.

1803. Pyotr de Cozarzevo L contra [5]) Bogutam de Squari, quia sibi dixit: „darem eos pro tuo collo", et hoc in iudicio dixit; et sibi paratis pecuniis *pyacznadzeszdze (s.)*.

1804. Casper kmetho de Smarszevo LLLL contra Petrum de Iarluti, quia citans solus non paruit termino in peremptorio sive assignato ad dominum iudicem, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1805. Pauel de Squari L [6]) contra Przechnam de Czampkovo pro debito, quia non stetit in termino sibi assignato et iterum ad sentenciandum citatus non paruit, neque sibi terminum aliquis terminum *(s.)* prorogavit, et sibi Przechne mediam terciam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet sine duobus grossis.

1806. *(f. 167.)* [7]) Petrus de Iarluti stetit omnes terminos contra [8]) plebanum de Gromadzino, ideo fecimus ipsum ad sentenciandum citare.

1807. Iacub kmetho molendinator de Gromadzino stetit omnes terminos per suum procuratorem contra dominum Iohanem de Gromadzino, ideo ad sentenciandum eundem citare fecimus; pro nota t. grossum.

1808. Machna de Skarzino *nyestane* [9]) contra Derslaum de ibidem.

1809. Pauel de Squari *nyestane* contra Myeczslaum de ibidem.

1810. Nobilis Borzim stetit in termino assignato contra pueros domine *Lvovei* [10]), ad dominum iudicem eis assignaverant, et ipsi pueri non steterunt, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1811. Iohannes de Nyeborzino s. m. contra Ianusium ob non solucionem s. m. penam.

1812. Prout Bogutha iure acquisivit terciam partem *vangrodi* super nobilibus de Cozarzewo, qui eciam fideiusserunt sibi Bowgucze *(s.)* cum duobus fratribus pacem [11]) perpetuam et quilibet eorum pro sua parte propinqua: primo Daczbog pro Pyechna sorore ipsius germana et pro pueris Stanislai pueris *(s.)* et pro Falislao fratre suo et Ianussio et Ipolito eciam cum Daczboio parte pro predicta,

---

[1]) nobili *d.* [2]) in *d.* [3]) resignavit *d.* [4]) idem Nicolaus cum fratre suo Iohanne notario seminibus iiemalibus duos acervos dare sint astricti in quolibet acervo XXX-ta cassule continentes *d.* [5]) Petrum *d.* [6]) L *wykr. a u góry powtórnie napisane.* [7]) Plebanus *d.* [8]) Petr *d.* [9]) Derslaus nyestane *d.* [10]) contra dominos *d.* [11]) eternam *d.*

Sandek <et Petrus> pro Iacobo sacerdote, Naszil pro Grzimkone sacerdote fratre suo, Petrus et Andreas sine caucione manent.

1813. *(f. 167 v.)* Nobilis Nicolaus de Raschewo piie recordacionis Lgostai filius coram nobis in iudicio personaliter constitutus per expressum publice recognovit, quia villam suam Redzimino in districtu zacroczimiensi sitam <et in Osszek totam porcionem ad ipsum pertinentem> cum [1] omnibus utilitatibus, nichil pro se in eadem reservatis, nobili Paulo de Raschewo notario zacroczimiensi ad gubernandum, alias *vopyekanye* per trienium comisit et commendavit, sub tali tamen condicione, quod prefatus Paulus prescripto Nicolao et fratri ipsius germano Iohanni per predictos tres annos inmediate se sequentes in quolibet annorum per sex sexagenas monete communis et duos acervos siliginis in quolibet acervo per XXX-ta [2] cassulas continentes cum ceteris vite necessariis, scilicet victum et amictum, dare se obligavit bona fide, hoc tamen inter eos expresso, si, quod absit, frumenta per intemperiem aieris *(s.)* infecta fuerint, hoc et si male nascentur in aliquo annorum predictorum, tunc idem Paulus prescriptis [3] Nicolao et Iohanni prenotatos acervos minime dare sit astrictus, ecciam, si aliquid frumentorum post seminacionem agri superhabu[n]daverit, hoc pro necessariis Nicolai et Iohannis sive expl[r]essis exponat; expil[r]atis vero tribus annis, hoc est cum tempus submitte[n]di predicte hereditatis venerit, extunc Nicolaus de frumento per Paulum seminato ad iiemem, cum quo frumento villam submittet, duos acervos per XXX cassulas [4] cum fratre pro se levabit et seminacionem iiemalem expedire, alias *naziman* [5] *zaszacz*, residuitatemque tocius frumenti [6] Paulo reddere se obligavit, et pro fratre suo Iohanne pacem idem Nicolaus per predictos annos Paulo fidel[u]ssit.

176.* Termini in Nouemyasto coram domino duce et eius honoratis in die sanctorum Fabiani et Sebestiani *(s.)* **a. d. M-o CCCC XXXVI-o etc.** *(1436, 20 ian.)*.

1814. Inter dominum Stiborium ex una et Iohannem de Slepewroni ex altera partibus terminus pendet ad dominum ducem proximum adventum felicem in Zacroczim *(S.)*.

1815. Nobilis Paris de Redzonowo coram nobis personaliter constitutus constituit ex parte sui et fratris Sassini suum verum procuratorem nobilem Stephanum de*(s.)* [7] *(f. 168.)* [8] pro omnibus eorum causis parvis et magnis cum quibuscumque personis [9] cuiuscunque condicionis vel status fuerint, dantes et comittentes eidem Stephano omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi et omnia faciendi, sicut solimet predicti Paris et Sassinus, si personaliter talibus interessent.

177.* Termini zacroczimienses die sancte [10] **Agnetis uirginis domini venerande a. d. M-o etc. XXXVI coram Silamo iudice.** *(1436, 21 ian.)*.

1816. Nobilis Florianus de Sdunowo coram nobis personaliter constitutus publice per expressum recognovit, quia fideiussit <pro Zemakone> sex sexagenas monete communis super Exaltacionem sancte crucis et solvere nobilibus [11] Sdzislao de Czosnowo et Petro de Swirczewo, si autem non dederit aut solvere neglexerit, extunc quinquagi[n]ta penam iudicio et Sdzislao cum Petro *pyancznа-*

[1] ob *d.* [2] cas *d.* [3] et *d.* [4] et s *a.* [5] per *a* [6] notario *a.* [7] *niżej dopisane:* Im Petrus im [8] Nobilis coram coram *d.* [9] tam *d.* [10] Aga *d.* [11] Scz d *d.*

dzeszcze se solvere obligavit et quodcunque dampnum Florianus pro predicta caucione perpeceperit *(s.)*, hoc nullius erit nisi Zemakonis.

1817. Stanislaus de Trampki coram nobis in iudicio stans dixit: „ego sto in termino, quia me citavit dominus Paulus de Myanczino“ et Paulus *(s.)* non vidimus.

1818. Climkova de Vilami s. m. contra advocatum de Mogilno.

1819. Martinus *Szlecz*, Martinus *Porzucz*, Iohannes *Porzucz*, Iacobus *Kanczk*, Stanislaus *Wrobl*, Ieschek *Vyeszolo*, kmethones de Cossowo coram me Martino subiudice personaliter constituti obligati sunt solvere septem sexagenas monete in terra currentis super festum sancti Michaelis proxime venturum honorabili viro domino Mscisłao plebano zacroczimiensi manu *(f. 168 v.)* coniuncta pro frumento aput eundem plebanum per eosdem kmethones empto, si autem non solverint super prefixum terminum, extunc penam L iudicio labentur et solvere se obligarunt [1]) et eciam unus pro altero manu coniuncta domino plebano fideiusserunt et hic in iudicio circa librum predicto pro debito respondere sunt obligati, a suo iure proprio theutunicali recedendo, etc.

178. Cause iudeorum ipso die Conversionis sancti Pauli coram viceprocuratore a. d. ut supra *(1436, 25 ian.)*.

1820. May iudeus stetit in termino assignato contra dominum Iohannem de Nyeborzino, et [2]) ad sentelnjciandum citatus idem Iohannes per eundem May: primum terminum sibi prorogaverunt infirmitate, sed in assignato non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit.

179.* Termini in Nouemya sto feria quinta in crastino Conversionis sancti Pauli appostoli a. d. M-o etc. coram domino Martino subiudice necnon Gunoldo et aliis officialibus iudicii presidentibus etc. *(1436, 26 ian.)*.

1821. Falibog de Rzebri s. m. [3]), quia non deposuit capucium circa iuramentum.

1822. Derslaus de Rzebri <II> s. m. contra Mathiam [4]) et Nicolaum de ibidem.

1823. Trampski Stanisłaus *iednane* pallatino t. solvere.

1824. *Crziscz* de Crziszczki penam furti domino vexillifero et preconi in sex septimanis solvere debet.

1825. *(f. 169.)* Petrus de Crziszczki solvit *iednane* iudicio et Andree de Brodovo XII grossos pro fratre suo *Crziszczkone* de ibidem.

1826. Mathias de Obramp d. testes contra Albertum do Gzovo: primus Albertus de Lampice, Myeczslaus de ibidem, Pyotrach de ibidem, Svaschek de ibidem, Stanislaus de ibidem. Rotha. *„Iakom ia nyegonil* [5]) *Voythka* [6]) *sostran bronyan szilan“*.

1827. Stanislaus de Obramp d. testes contra Albertum de Gzovo: Albertus *Cruk* de Lampice, Micolai de ibidem, Gotharth *Zauischa* de Capice, Przeczslaw de ibidem, Iacusch Przibolevicz de Lampice. Rotha, ut supra Mathie.

1828. Sigismundus d. testes contra eundem: Dobek de Myeschki, *Mroczek* de ibidem, Micolai de ibidem, Micolai Czeschkouicz de ibidem, Sandek de ibidem. Rotha, ut supra Mathie.

[1]) s *d.* [2]) Iaz *d.* [3]) contra *d.* [4]) de *d.* [5]) Voyl *d.* [6]) szilan *d.*

1829. Bartlomyei de Rostki d. testes contra ducatum pro furto: Raczibor de Rzebri, Falibog de ibidem, Dzetrzich de Svirzkovo, Bronisch de[1]) Sveszevo, Voyczech de Clukouo, Marczin *Lagoda* de ibidem. *„Iako ia tho vyem, esze Bartlomei nyeer adnye zovanszei zeme [illegible] schansza szlezye".*

1830. Troian de Virziki s. m. contra Iaschkonem de ibidem.

1831.[2]) Mroczek de Rzebri coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere[3]) cassulas siliginis quadraginta super festum sancti Iacobi appostoli proxime venturum nobili Falibogio ecciam de Rzebri et in *(s.)* acervum ponere solus se obligavit in horeo *(s.)* predicti Falibogii tale frumentum, sicut hoc diceret Staschewski Iacusch, quia est bonum.

1832. Nobilis Ian *Cozel* de Brolino coram iudicio personaliter constitutus obligavit se se *(s.)* solvere mediam quintam sexagenam monete in terra currentis super festum Nativitatis Marie uirginis gloriose proxime venturi *(s.)* nobili Nadmironi de Smolechovo, si autem non solverit super terminum prefixum, extunc L labetur iudicio et Nadmironi *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis.

1833. Nobilis Iasczoldus <de Virziki> coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere decem sexagenas: septem sexagenas in mediis grossis et tres sexagenas monete in terra currentis super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili[4]) Thome de ibidem castrensi czechonoviensi, quod si non solverit, extunc penam L iudicio labetur et[5]) Thome *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis sic se obligavit, et si Thomas circa librum tempore solucionis non fuerit, extunc ad Nadmironem in Lowcze vo debet Iasczoldus reponere predictam peccuniam.

1834. Nobilis Falislaus de Virziki coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere viginti sexagenas: quatuordecim in mediis grossis et sex sexagenas monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Thome de ibidem, quod si non solverit, extunc L iudicio et sibi Thome *pyacznadzeszcze* paratis pecuniis.

1835. *(f. 170.)*[6]). Nobilis Thomas predictus recognovit, quia nobiles Iasczoldus, Falk, Sczepan de Virziki solverunt sibi quindecim sexagenas cum frumento pro hereditatis porcione in Virziki, quam apud ipsum emerunt.

1836. Dorothea de Cansche *nyestane* contra preconem ob non solucionem furtum *(s.)*.

1837. Idem contra Gunoldum aliud *nyestane,* propter hoc idem.

1838. Ian de Mazouo *nyestane* contra pallatinum ob non solucionem furtum *(s.)*.

1839. Ian de ibidem contra eundem *nestane* ob non solucionem furtum *(s.)*.

1840. Vanykoua *nestane* contra pallatinum ob non solucionem binum L.

1841. Pauel *Moxa* coram iudicio personaliter constitutus recognovit, quia sibi[7]) Arnoldus de Kanthne advocaciam totam exsolvit ibidem in Kanthne.

1842.[2]) Nobilis Vitus de Rzebri coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sex sexagenas monete currentis in terra super Priviumcarnis antiquum proxime venturum[8]) nobili Mathie de ibidem, si autem non solverit.

---

[1]) ibidem *d.* [2]) *n. r. doa.:* Rzebry. [3]) XX *a.* [4]) Teh *a.* [5]) L *d.* [6]) nobilis *d.* [7]) Pa *d.* [8]) si autem non solverit, extunc totam suam porcionem ibidem *d.*

extunc totam suam porcionem ibidem in Rzebri ad ipsum Vitum spectantem cum omnibus utilitatibus et frumentis nichil pro se reservatis ad prefatum Mathiam perdet eviterne et in ewm amittet et cum omnibus frumentis in horeo ad Vitum prefatum pertinentibus.

180. *(f. 170 v.)* **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum Purificacionis a. d. M-o CCCC-o XXXVI-o coram Floriano de Sdunowo et Allexandro de Grampczewo et aliis officialibus iudicio presidentibus etc.** *(1436, 28 ian.).*

1843. Pelka de Popyelszino s. m., quia clamavit in iudicio.

1844. Nobilis Abraham de Grampczevo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere novem sexagenas monete communis super festum sancti Bartho<lo>mei appostoli domini proxime venturum nobili Iohanni de Grampczewo [1]), si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

1845. Ad dominum iudicem accio. Nobilis Zemak de Michevo egit super nobilem Vitum de Drosdzino, quia michi non conplet fideiussoriam, quid michi fideiussit boves cum decem curribus, hoc est vigi[n]ti boves et ipse sibi cognovit per procuratorem, quia supersit [2]) super querulata terra, et hoc idem fideiussit ad ius.

1846. Dominus iudex decrevit domine iuramentum contra Borzim de Turzerogi pro media altera sexagena et pro XV grossis, et ipsa non non *(s.)* stetit, neque iuravit iuxta decretum in duabus septimanis, sed procurator domine dixit, quia hoc idem dominus <iudex> abiudicavit, et hoc damus ad dominum iudicem, prorogamus.

1847. Dominus Stiborius ex una et *Cosdroi* de Strobino ex altera sumpserunt eis diem, proxima feria 3-a ad [3]) concordandum hic in Zacroczim, quando dominus dux constituetur.

1848. *(f. 171.)* Preco Paulus in iudicio <de Wisse[grad]> coram nobis publice recognovit, quia nobilis Borzim de Szukovo coram ipso procuraciam suam suam *(s.)* resignavit nobili *Wsczele* de Sobani ce pro omnibus suis causis contra quascunque [4]) personas cuiuscunque condicionis fuerint, dans et comittens eidem *Wszczele* omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi, promittens ratum firmumque tenere, sicut solus faceret, si personaliter talibus interesset; pro nota, si debet, t.

1849. Nobilis Petrus de Iarluti stetit in termino contra plebanum de Gromadzino citans eundem ad sentenciandum et prius stetit omnes terminos contra eundem et ipse non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit; pro nota t.

1850. Pueri domine Lvovei, scilicet Anna et Margaretha non steterunt in termino contra Borzim de Turzerogi et iam stans omnes terminos iterum ad sentenciandum easdem citavit ex decreto iudicii et ipse non steterit, neque sibi ipsis terminum aliquis prorogavit pro quatuor sexagenis pro hereditate Strambowo.

1851. Nobilis Nicolaus de Paluki stetit in termino contra Iohannem nobilem de Virzbowyecz et hoc in termino assignato; prius sibi terminum prorogaverunt, sed in secundo non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, et hoc pro caucione quindecim sexagenarum.

[1]) super festum *d.* [2]) per *d.* [3]) cor *d.* [4]) causas *d.*

1852. Nobilis Margaretha de Sarbyevo olim *Cracinova* coram iudicio personaliter constitutus *(s.)* una cum filio suo Petro suam procuraciam resignaverunt nobili Ocze de Maloclaczki pro omnibus suis causis contra Iohannem de Sarbyewo, et idem Petrus fideiussit pro fratribus et sororibus, si Iohannes nollet respondere, quia tenebitur, quidquid factum fuerit per predictum Otam, erit potens citare, agere, respondere et omnia facere, que ipsa domina cum suis pueris facit.

1853. *(f. 171 v.)* Nobilis Myeczslaus de Squari stetit in terminis ad sentenciandum citato contra Paulum de Squari et prius omnes terminos contra eundem stetit, et ipse Paulus non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit.

1854. Dominus canonicus <de> Squari 1 *nyestane* contra kmethonem *Wroblevo* Nicolaum.

1855. Derslaus de Skarzino stetit omnes terminos contra Mathiam de ibidem pro capite fratris sui; duos terminos pro nota t.

1856. Coram precone et vicenotario nobilis Stanislaus [1]) de Sobanice personaliter constitutus obligavit se solvere mediam sexagenam monete communis a data presencium per quatuor septimanas, quod si non dederit, extunc penam L ducatui labetur et domino subiudici paratis peccuniis *pyancznadzeszcze* et *iednane* solus intercessit iudicio solvere.

1857. Coram me Martino subiudice personaliter constituta nobilis Katherina de Goki *(s.)* Ade uxor et filia Pauli de Voyni recognovit, quia nobilis Iacobus de Falibogi satisfecit sibi pro porcione hereditatis, quam habuit in Przibororuice.

181. **Termini zacroczimienses coram domino duce feria 3-a proxima ante festum Purificacionis a. d. M-o etc. XXXVI-o et eius honoratis.** *(1436, 31 ian.).*

1858. Domina Trapska debet docere scabinis super Petrum kmethonem sabbato proximo in hec verba, quia Petrus domine reddere debuit iuvamen, quod recepit ab ipsa.

1859. Petrus idem t. in sex septimanis solvere *wstane* et censum de manso et totum ius terrestre et dies XII laboris.

1860. *(f. 172.)* Stanislaus de Dzecze L contra preconem Iohannem de Stppice, quia sibi dixit ad honorem, et preconi paratis pecuniis *pyaczna dzeszcze.*

1861. *Smyara* de Chmyelevo s. m. contra Tworkova suam noverkam.

1862. Nobilis dominus Paris de Redzonovo personaliter constitutus obligavit se portare literam resignacionis cause sororum ipsius pro hereditate Moxice de iudicio Drogiczin ad proximum hic adventum domini ducis et hoc a pallatino aut procuratore, sive iudice aut subiudice.

1863. Iacusch *Gnath* s. m. contra Boguslaum de Ponyathouicze.

1864. Ianusch de Obramp L contra Martinum de Scroboniczino, quia sibi dixit non veritatem dicere.

1865. Micolai de Cansche d. testes contra dominum Iohannem de Stregoczino; primo, qui interfuerunt: Iacussius de Gassorovo, Petrus filius Iacussii de ibidem, Micolai de ibidem, Rampk *Rzebro;* ad sciendum testis: Domarath de Zalesze. Rotha. *„Czsom vczinil Grzegorzevi, tho zagego poczanthkyem, kyedi mego szurza popchnanl ivderzil“.*

[1]) per *d.*

1866. *(f. 172 v.)* Zemak de Virziki s. m. contra Iohannem *Byelnemv,* quia non iuravit, aut deviavit iurando.

1867. Dominus Iohannes de Stregoczino iure acquisivit mediam alteram sexagenam super molendinatorem de Grabye et molendinum de novo parare[1]) pro combusto in sex septimanis sub pena L complere totum t.

1868.[2]) Nobilis Iohannes de Rzebri coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere octoginta grossos monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturum, quod si non dederit, extunc racione dampni totidem paratis peccuniis solvere se obligavit.

1869. Nobilis Iunossius de Smogorzevo ex una et nobiles de Myeschki ex altera partibus sumpserunt sibi ipsis ad arbitrium et ipsi Myeschkowsczi debent ponere *gednane* in duabus septimanis et in primis terminis post festum[3]) Pasce hic debent diem accipe[re] de iudicio, in quo se debent concordari.

1870.[4]) Dominus canonicus varschoviensis, plebanus de Noszitlsko iure acquisivit viginti et quinque grossos super Andrea de Clevyothki procuratore terrestri et sepes cum gaza debet reparare super festum Penthecostes proxime venturum, sed peccuniam in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1871. Stephanus d. testes contra Iaschkonem et primo arbitri: primus Vischon, Bartlomei de Virziki; ad sciendum: Andrzei *Rek,* Voyczech de Slunyczevo, Micolai de Czarkovo. Rotha..[5])

1872. *(f. 173.)* Nobilis domina Swanchna de Gromadzino suam procuraciam resignavit Petro filio suo pro omnibus suis causis cum quibuscumque personis, quia potens erit citare, agere, respondere et omnia facere, sicut sola, si talibus personaliter interesset, gubernatoremque suum eundem Petrum in bonis suis mobilibus et immobilibus fecit et ordinavit coram Paulo precone, quia de iure missus erat super hoc idem preco et procuratorem erit potens eri[t] *(s.)* stabilire.

1873. <Clericus> Stanislaus de Grampczevo solvit penam s. m.[6]) iudicio pro Iacussio de ibidem.

1874. Dominus Iacobus alias *Squara* canonicus varschoviensis *nyestane* contra Nicolaum kmethonem de Vroblevo.

182.* Termini zacroczimienses sabbatho tempore Priviicarnis a. d. M-o etc. XXXVI coram Martino subiudice necnon Zemakone de Sdunovo etc. *(1436, 17 febr.).*

183.* Termini in Nouemyasto feria quinta prima in ieiunii capite a. d. M-o etc. XXXVI coram Sila mo iudice necnon Petro de Postrusze et aliis[7]). *(1436, 23 febr.).*

1875. Nobilis domina Pyechna olim conthoralis piie recordacionis Mroceslai de Candzerzeuicze una cum filio suo <Nicolao> in iudicio personaliter constituti obligaverunt se solvere decem et septem sexagenas monete communis super festum Pasce proxime venturum nobili Dobyesla[o] de Sosnkovo, *(f. 173 v.)* [si autem n]on solverint super terminum prefixum, extunc duos mansos puerorum et tercium mansum dotalicii prefate domine <Pyle]chne> eviterne perdent et amittent in ewm ad predictum Dobeslaum.

[1]) pro q *d.* [2]) *n. r. dod.:* Rzebry. [3]) S *d.* [4]) *nad notą dopisane:* preco delere fecit. [5]) *w tym miejscu przerwa w rękopisie na dwa wiersze.* [6]) co *d.* [7]) *data roczku wykreślona.*

1876. Sandek de Myeschki d. testes contra Nicolaum de Gorki; primo, qui interfuerunt: Mroczek de ibidem, Micolai de ibidem, Stiborius de ibidem; ad sciendum: Sandzimir de Glinice, Staschek de ibidem. *„Okthore zitho Micolai namya zaloval, othom szan ia snim vpravil, eszem gemv myal dacz*[1] *schecznaczcze groschi navyelka nnocz“. „Iakom ia przi them bil“.* Arbitri. *„Okthore szitho Micolai na Santhk a zaloval, otho szan on sln|im vpravil, esze gemv*[2] *myal dacz schescznaczcze groschi na vyelcanocz“.* Testibus. *„Iako ia tho vyem, okthore szito Micolai na Santhka zaloval, otho <szan> on snim vpravil, esze ge mv myal dacz schescznaczcze gro schi na vyelkannocz“.*

1877. Nobilis Iohannes alias *Cozel* de Brolino coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Miczkoni de Svirczevo, quod si non solverit, extunc super Carnisprivium proxime venturum quatuor sexagenas predictus *Cozel* Miczkoni solvere se obligavit et 4-or grossos super primum terminum et super secundum octo, si dampnum labetur.

1878. *(f. 174)* Ianussius de Chrzanovo docet Mironyegonem de Golambye cum uno teste Buthkone de ibidem. Rotha. *„Iakom ia Mironyegovi*[3] *nyeda! roku za trzi lata opo ssak“.*

1879. Ieschek de Svircze iam in terciis octodecim septimanis debet fratrem statuere in iudicio germanum contra Grzimkonem de ibidem.

1880. *Smyara* de Iableczniki d. testem unum contra *Chomantho* civem Novecivitatis: *Stopka* de Kandzerzauicze[4]. *„Iako moi oczecz nyeuinovath Chomenthoui poltrzecze kopi“.* Testis. *„Iako ia tho vyem, esze Szmye|rzin oczecz nyevinovath Chomanthoui poltrzeczecopi“*[5].

1881. Ian[6] *nyestane* de Borze contra Paschkova de ibidem.

1882. Nobilis Falislaus de Ponyathi coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere quadraginta grossos communis monete super festum Pasce proxime venturum nobili Iohanni de Pianovo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem paratis peccuniis et ducatui L se solvere obligavit et in crastino[7] de feno acervum.

1883. *Smyara* s. m. contra dominum subiudicem ob non solucionem penarum.

1884. *(f. 174 v.)* Nobilis Petrus de Crziszki solvit penam furti domino vexillifero et preconi et duodecem grossos pro tunica <subtracta>[8] Ianovi de Gorki et unum *gednane* iudicio pro fratre suo germano *Crzisczkone* de ibidem, propter quod robur predicto Petro damus super porcionem predicti *Crzisczk* tenere tam diu, quousque sibi peccuniam prefatam viceversa redderet, cui interesset proprius.

184. Termini czechonovienses die sancti Mathie appostoli domini a. d. M-o etc. XXXVI coram Floriano de Sdunouo et Corzibyone etc. *(1436, 25 febr.).*

1885. Nobilis Abraham de Gramp czevo coram iudicio personaliter constitutus resignavit suam procuraciam nobili Andree de Slomino contra Stanislaum de

[1]) schecz *d.* [2]) dacz *d.* [3]) de *d.* [4]) Iako ia tho. Iakom ia nyeui *d.* [5]) *Niżej wykreślono niedokończoną notę:* Paschkoua de Borze nyestane contra. [6]) II *d.* [7]) fenum *d.* [8]) Andree *d.*

Squari pro colono, quem fideiusserat idem Abraham a prefato Stanislao, et pro toto iure predicti coloni [1]) respondere debet Andreas.

1886. Nobilis Nicolaus de Troski coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere octuaginta grossos [2]) in duabus septimanis post festum Pasce proxime venturum, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem se obligavit solvere et L penam labetur nobili Petro de Cozarzevo monete et numeri prutinicalis.

1887. Accio. Nobilis *Wsczele* existens procurator prepositi sororum egit super dominam Leonis, quia [3]) sororibus monialibus non [4]) fecit ius cum suo cliente pro homine, quem interfecit super ipsarum hereditate, quia quando sorores destinaverunt ad dominam, ut... [5]).

1888. *(f. 175.)* Nobilis Iacobus de Gorki coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duodecim sexagenas monete communis super festum sancti Nicolai a proxime venturo per spacium unius anni nobili Paulo de Ponyati bona fide paratis peccuniis.

1889. Accio. Nobilis Bronisch egit super Thomam ambo de Virziki, quia michi dixit: „vis me salvare *(s.)* peccuniam et hoc, si negaret, accipio ad vos iudices *pouestczi*", et ambo receperunt et nos audivimus, quia dixit, et hoc damus ad dominum iudicem.

1890. Deviacio rothe Thome contra Bronissium; sic debuit dicere: *„iacom ya"*, et ipse dixit: *„iacoma"*; et hoc damus ad dominum iudicem.

1891. Pyotrasch de Smirdzigrochi s. m. contra Paulum de ibidem.

1892. Swanschek de Crziscz<ki> L contra Iohannem de ibidem ob non solucionem pene furti wlgariter *chanszban.*

1893. Ian de Mazowo *nyestane* contra dominum subiudicem ob non solucionem peccuniarum.

1894. Pauel de Mazowo *nyestane* contra preconem ob non solucionem [6]) debiti pro equo, ut in libro habetur superius.

185.* Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Gregorii a. d. M-o etc. XXX sexto coram Floriano de Sdunovo, necnon Allexandro de Grapczewo etc. *(1430, 10 mart.).*

1895. Nobilis Petrus de Sarbyewo coram iudicio personaliter constitutus suam procuraciam contulit et resignavit nobili Hocze de Maloclanki pro omnibus suis causis tam magnis, quam parvis, ecciam pro bonis mobilibus et iimmobilibus ita, quod potens erit citare, agere, respondere, *(f. 175 v.)* [sicut] ipsemet Petrus, si talibus interesset, et hoc contra quascumque personas cuiuscunque condicionis fuerint tamdiu, quousque idem Petrus econverso de servicio [7]) revertetur; fideiubet eciam Petrus pacem Hocze pro fratribus et sororibus suis, quia hoc tenebunt, quid factum fuerit per prefatum Hotam.

1896. Voyczech de Vilkowge per s. m. contra Swanthothoslaum *(s.)* de Ianovo.

1897. De ibidem alius s. m. contra istos dominos superius scriptos.

1898. Ian de Sarbyewo LLL contra Petrum de ibidem.

---

[1]) *wykr. końcowe* s. [2]) monete communis *d* [3]) michi *d.* [4]) fecisti *d.* [5]) *w tym miejscu należy się domyślać dwuch kart wyrwanych, gdyż karty 174 i 175 stanowią środek zeszytu.* [6]) p *d.* [7]) rediget *d.*

1899. Vischk de Skarzino s. m. contra Michaelem de ibidem et sibi quadraginta grossos dampni et triplex *pyacznadzeszdze,* ut est moris.

1900. Nobilis Martinus de Squari coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas communis monete super festum sancti Bartholomei a proxime venturo per spacium unius anni nobili Rathiborio de Zaranbino, si autem non solverit, extunc ducatui L, sibi Rathiborio paratis *pyacznadze szcze.*

1901. Nobilis Iohannes de Nyeborzino coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam quintam sexagenam monete communis super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Abrahe de Gauarzecz, si autem non solverit, extunc racione dampni L ducatui et sibi Abrahe *pyacznadzeszcze* se solvere obligavit.

1902. Nobilis Iohannes de Nyeborzino coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere X (?) sexagenas super festum Penthecosten [1]) proxime venturum nobili Dobeslao advocato de Szrzebrzno, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit mediorum gr.

1903. Pauel de Squari L contra Myeczslaum de ibidem ob non solucionem sexagene.

1904. *(f. 176.)* Idem Paulus LL contra Przechnam de Czampkowo ob non solucionem debiti acquisiti.

1905. [2]) Nicolaus de Vroblewo kmetho stetit omnes terminos contra canonicum dominum Iacobum de Squari, et ipse dominus canonicus non stetit, neque sibi aliquis terminos prorogavit.

1906. Iohannes de Proskowo L contra Iohannem de Slepewroni ob non complecionem caucionis fideiussorie.

1907. Nobilis *Gyempza* de Vichorowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere septem sexagenas monete communis <nobili Wyanczschek de ibidem> [3]), de quibusquidem septem sexagenis mediam quartam sexagenam super festum sancti Michaelis proxime venturum et mediam quartam super Carnisprivium an[tiquum] proxime venturum, si autem super aliquem terminorum non solverit, extunc super quemlibet racione dampni se solvere obligavit paratis peccuniis.

1908. Nobilis Florianus egit super Virzchoslaum de Squari, quia michi dixit: *„eszesz szanthi naperl" (s.)* et ille: „et si michi negaret, accipio ad iudicium *povestczi"*, et ille non respondens recessit de iudicio, nos vero in eo iudicavimus s. m. penam, quia recessit de iudicio non recedens.

186. [4]) **Termini zacrocimienses sabbato ipso die sancte Gyertrudis a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis.** *(1436, 17 mar.).*

1909. Inter nobiles Nicolaum, Paulum, Stanislaum et Donin heredes de Myanczino ex una et Stanislaum de Trampki ex altera partibus [4]) in tribus septimanis post festum [5]) Pasce proxime venturum diem receperunt ad concordiam faciendam, si autem aliquis ipsorum ad eundem diem occupatus fuerit, extunc

[1]) nobili *d.* [2]) Dominus *d.* [3]) *cum, quas quidem septe.* [4]) terminus pendet *d.* [5]) sancti *d.*

una septimana ante diem predictum debent se avisare ad se dirigendo et remocius prefatam diem[1]) concordie prorogare; sic iudicium ipsis concessit.

1910. *(f. 176 v.)* ...[2]) sicut ipsemet Petrus, si talibus personaliter interesset, et hoc contra quascunque[3]) personas cuiuscunque status fuerint tamdiu, quousque idem Petrus rediget econverso de servicio, fideiubet eciam prefatus Petrus pro fratribus et sororibus suis predicto Hocze, quia, quidcunque per ipsum factum et ordinatum fuerit, ratum et firmum tenebunt bona fide.

1911. Nyelascarz de Camyenicza s. m. contra dominam Trampskan et sibi domine mediam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet, sed sexagenam cum decem grossis pro diebus et XVI grossos pro censu, novem choros siliginis et novem avene in duabus <septimanis solvere debet>.

1912. Dominus <Silamus> iudex recognovit sedens super iudicio, quia omnibus dominis[4]) Scrzinyski terminum dederat <prorogans> per sex septimanas, et per alias sex, et tercio per sex, quicunque citaverat nobilem Stanislaum de Trampki.

1913. Nobilis Paulus de Myanczino coram iudicio personaliter constitutus recognovit, quia nobilis Stanislaus de[5]) Golani no solvit sibi XII marcas numeri monete cracoviensis, quas sibi in libro obligaverat exsolvendas.

1914. Nobilis Paulus idem ecciam recognovit, quia nobilis dominus Borzim de Volya pro omnibus debitis, quecunque sibi tenebatur et quecunque in libris obligatus sibi fuerat, satisfecit et exsolvit; ideo nullius roboris esse volumus habere ipsorum in antiquis registris tenere debitorum obligaciones *(S.)*.

1915. Strenuus dominus Nicolaus de Coczeschewo coram iudicio personaliter constitutus contulit suam procuraciam nobili Iohanni de Carnyevo pro omnibus suis causis contra quascunque personas, ita potens erit facere, sicut solus dominus Nicolaus, si talibus personaliter interesset.

1916. *Gyeracz* de Przibórouice s. m. contra Petrum de Sokolniki.

1917. *Lascz* de Camyelnijcza s. m. contra Narvoth de Noskovo ob non complecionem fideiussorie et sibi quindecim[6]) grossos in sex[7]) septimanis sub pena L solvere debet.

1918. *(f. 177.)* St.....wa de Vilami s. m. contra Vitum de Zayanczki, quia non stetit in termino assignato, neque sibi terminum prorogaverit et Vito mediam sexagenam cum quinque grossis in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1919. Przedborius s. m. contra notarium pro *(S.)* et sibi duos grossos in dua[bus] septimanis sub pena L solvere debet.

1920. Pueri domine Leonis *nyestane* contra Sassinum de Stroszewo.

187. **Termini in Nouemyasto feria quinta proxima ante festum Annuncciacionis uirginis Marie gloriose a. d. M-o etc. XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice ceterisque iudicii officialibus.** *(1436, 22 mar.)*.

1921. Nobilis Iohannes de Sczepancowo coram nobis in iudicio personaliter constitutus recognovit, quia fideiussit duas sexagenas communis monete nobili Boguslao de Ponyathouice pro Alberto de Crosczice, quasquidem duas sexagenas prefato Boguslao super festum Nativitatis[8]) Marie uirginis gloriose pro-

[1]) cor. *d.* [2]) *na górnym brzegu karty brakuje jednego lub dwuch wierszy.* [3]) pernat *d.* [4]) c *d.* [5]) N *d.* [6]) *zam* sedecim. [7]) duabus *d.* [8]) K *d.*

xime venturum *(s.)*, si autem non solverit, extunc racione dampni [totidem] se solvere obligavit.

1922.[1]) Honesta domina Dzirschka de Gzi iure acquisivit octo et decem grossos super Clementem[2]) de Mirzenyecz et in sex septimanis solvere debet sub pena L et gazam[3]) kmethonis super festum Penthecosten proxime venturum reparare debet pena sub eadem et hoc pro caucione fideiussoria.

1923. Nobilis Clemens de Lossovo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam terciam sexagenam monete communis super festum sancti Adalberti proxime venturum, si autem non s[olverit], extunc racione dampni totidem [se solvere] obligavit nobili ..... de Ponyathouice.

1924. *(f. 177 v.)* Nobiles Nicolaus et Ioh[anne]s de Rostki solverunt[4]) decem et medium nonum grossum *Marschalkoni* civi de Nouemyasto pro famulo Petro, qui apud eosdem serviebat de eiusdem precio, quia fecerat dalm[p]num prefato Marschalkoni serviens apud ipsum.

1925. Thomas *Virzik*[5]) czechonoviensis castrensis s. m. contra Bronissium de ibidem.

1926. Nobilis *Smyara* de Iablecznik coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas: unam ad festum sancti Martini proxime venturum et duas super festum Nativitatis Christi proxime venturum <Nicolao de>[6]) <Clu[c]ovo>, si autem non solverit istas duas sexagenas super Nativitatis Christi predictum, extunc pratum alias *grocz ogrodzona* in Ch myelewo Nicolao de Clucowo debet dare ad tenendum de anno ad annum tam diu, quousque sibi predictas duas sexagenas exsolverit et eciam agrum pro uno modio frumenti super quel[m]libet *vgor* dare eidem Nicolao tamdiu, donec prata non exemerit.

1927. Ian de Slunyczevo s. m. contra Stanislaum de Mazovo.

1928. Florianus de Szaromino d. testes contra dominum episcopum: Rampk de Rzebri, Maczei Sopkouicz de ibidem, Micolai Grzegorzeuicz de ibidem, Przeczslaw de Borze, *Rosboi* de ibidem. Rotha. „*Iakom ia nyewzanl Micolaie(s.)*[7]) *s Porsova*[8]) *przesprava samoschost szilan*".

1929. *Cozel* de Brolino s. m. contra Bro[ni]ssium de Virziki et sibi centum grossos [in] sex septimanis sub pena L solvere debet.

1930. ..... de Kansche s. m., quia dixit ..... b vocendo procuratori agere.

1931. *(f. 178.)* Swanch kmetho de Vola t. eidem domine censum de manso et totum ius terrestre et dies XII in sex septimanis sub pena L complere debet.

1932. Nicolaus de Squari d. testem unum videlicet Myeczslaum de ibidem contra Stanislaum de Czam pkovo. Rotha sibi: „*Iakom ya*[9]) *<nyeprzisvolil memo*[10]) *simu> v Stanislava konye cupicz*".

1933. Nobilis Nicolaus <Lubandzicz> de Rostki coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere decem et mediam sexagenam monete communis[11]) a festo[12]) Pasce proxime venturo per revolucionem duorum annorum nobili Nicolao Gawlouicz de ibidem, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

188. Czechonovienses eciam, ut supra.

[1]) D *d.* [2]) in *d.* [3]) sin *d.* [4]) medium de decimum *d.* [5]) de *d.* [6]) C *d.* [7]) *zam.* czlowyeka. [8]) *w oryg. razem.* [9]) *zam* moy. [10]) *zam* sin przesmei volei. [11]) super *d.* [12]) proxime *d.*

1934. Preco Paulus recognovit, quia feria quinta ante festum Anulnjcciacionis Marie Iohannem de Sarbyevo citavit adversus Petrum de Groma dzino pro violencie *(s.)* eclesie ipsius Petri in Gromadzino.

1935.[1]) Margaretha de Boguslauouice d. testes contra Margaretam amittam suam de ibidem: Stanislaus de Grampczevo, Iaszoni de Squari, Ian de ibidem Vislai, Przedwoy de Czampcouo, Staschek de ibidem. *„Oktoran czanscz Margorzatha na Margarzatha zalowala, zatha onei ici oczecz dosicz vezmil"*. Testes: *„Iako ia tho vyem, oktoran czanscz Margorzata na Margorzatha (f. 178 v.)* ...[2]) *szicz uczinil"*.

1936. Przeczslaus de Baschino[3]) L[4]), quia citans dupliciter dominum Stiborium pro[5]) pro *(s.)* percussione in viginti personis ius non finivit neque *gednane* debito tempore posuit et secundo, quia ecciam in viginti personis ipsum vestigavit Przeczslaum, ecciam ius non finiens, *gednane* non posuit, idcirco solus lapsus est solus *(s.)* idem Przeczslaus.

1937. Pueri domine *Marshalcovei* XXI L[6]), quia citantes dominum Stiborium, quod nobis ius non faciens scabinos in XXI personis detinuit[7]), ius non finientes, *gednane* tercio tempore non posuerunt, idcirco lapsi sunt soli penas.

1938. Inter Petrum de Gromadzino ex una et Iohannem de Sarbye wo ex altera partibus terminus pendet ad dominum ducem, quando veniet de ista parte Visle 2-a die.

1939. Pueri *Lvowei* s. m. contra Borzim olim de Strambovo, quia terminos stare non curaverunt, et sibi Borzim quatuor sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debent.

1940. Nobilis <Borzim> de Strabovo coram nobis in iudicio personaliter constitutus suam procuraciam resignavit nobili Allexandro de Gra mpczevo contra pueros *Lvouei,* et omnia facere potens erit[8]) agere, citare, respondere et peccuniam levare, sicut ipse Borzim, si talibus personaliter interesset.

1941. Pauel <de> Squari LLL contra Przechnam de Czampkowo.

1942. Idem contra Myeczslaum LL[9]) de ibidem[10]).

189.* *(f. 179)* **Termini in Zacroczim feria quarta proxima post festum Anunciacionis uirginis Marie gloriose a. d. etc. XXX sexto coram domino duce et eius dignitariis**[11]. *(1936, 25 mart.)*

1943. Rotha domine *Lvovei* contra dominum prepositum monialium in hec verba: *„Okthorego czlouyeka proboscz na mya slal, thego vmnye possel nye sastal, aniszan <go ia ku praw>*[12]) *podianla stavicz"*.

1944. Dominus Stiborius de Colozampy coram domino duce recognovit, quia penas, quas in Przeczslao et pueris domine Marschal covei[13]) sententiaverunt ante decretum istarum penarum, debuit ponere certo et debito tempore *iednane* et non posuit, ideo in ipsum dominum Stiborium predictas penas sentenciamus, quascunque Przeczslaus et pueri domine Marschalkovei lapsi sunt racione ipsius negligelnjcia *(s.),* ponere *iednane.*

1945. Inter dominum Stiborium de Zaborowo ex una et Iohannem *Iur-*

---

[1]) Ab *d.* [2]) *uracany caly wiersz* [3]) XL *d.* [4]) contra *d.* [5]) d *a.* [6]) contra *d.* [7]) tres *d.* [8]) pe *d.* [9]) contra *d.* [10]) Maledictus Pi *d.* [11]) *dalszy ciąg roków generalnych odbył się dnia następnego.* [12]) *cum.* potkem w mocem domv bil [13]) *ut d.*

gam de Swaneziczc terminus pendet post festum Pasce proxime venturum in Vischegrath pro omnibus eorum causis, pro quibus [1]) citati sunt ad .....[2]), si se amicabiliter non conponent.

1946. Nobilis dominus Ninognyew subiudex plocenslisj, existens gubernator puerorum piie memorie Leonis de Crisko, scilicet Anne et Margarethe, coram nobis personaliter constitutus resignavit [3]) procuraciam suam predictis a pueris nobili Przeczslao de Banschino, dans et comittens eidem omnimodam potestatem citandi, agendi, respolnjdendi et omnia faciendi, sicut ipsemet, si talibus personaliter interesset, contra quascumque personas pro omnibus suis causis tam magnis, quam parvis eciam puerorum predictorum.

1947. *(f. 179 v.)* Dominus dux cum suis honoratis sentenciavit, quia dominus Stiborius debet dare nonaginta sexagenas monete communis sabbato proximo Iohanni de Slepevroni ante [4]) solis occassu hic in Zacroczim coram domino subiudice et notario, si autem non dederit, extunc predictus Iohannes litteram debet accipere a domino subiudice et notario testimonii ad dominum ducem et libri formam, ut supra sibi ipsis se obligaverunt.

1948. Sigismundus dei gracia magnus dux Litwanie, Russieque etc. Preclare princeps, frater noster carissime. Petimus vestram fraternitatem ex affectu, quatenus strenuo Paulo *Rogala* nostro terrigene cum *Stromilone* vestro subdito velitis facere iusticie complementum, nam fratres et sorores ipsius *Stromilonis* apud nos degentes ipsi *Rogale* ipsorum causam plenarie comiserunt, ecciam dum opus foret loco sui procuratores statuere. Datum in Troky feria quarta ipso die Cineris a. d. etc. XXX sexto. *(1436, 22 febr.)*.

Preclaro principi et domino domino Boleslao dei gracia duci Mazouie etc. [5]), fratri nostro carissimo pius etc.

1949. Nicolaus de Vroblevo kmetho stetit in termino coram domino duce per dominum iudicem assignato contra dominum Iacobum alias *Squaram* canonicum varscheviensem, et ipse canonicus non stetit, neque sibi aliquis terminum prorogavit.

190'. Anno etc. XXX sexto feria quinta proxima post dominicam Iudica in Zacroczim etc. *(1436, 29 mart.)* **Coram preclaro principe domino Boleslaloj duce et dominis dignitariis suis castellano czechonoviensi, domino Stephano cancellario. Andrea sochaczoviensi iudice, Dirslao vexillifero zacroczimiensi, Michaele varschoviensi, Santhkone czechonoviensi subcamerariis et Martino subiudice zacroczimiensi pro tribunali sedentibus.**

1950. Strenuus *(f. 180.)* Paulus *Rogalya* Sokolowski suo et Anne, Mathie, Stanislai, Clementis et Boguschka puerorum Pauli de Mednyk nominibus contra strenuum Georgium alias *Stromylo* terminorum tota die usque ad occasum solis et accensionem luminis attemptavit Georgio alias *Stromylo* [6]) absente nec aliquo suo procuratore aut nunccio terminum prorogante, asserebat, quod idem Paulus *(S.)*, quod idem [7]) Georgius pro causis infrascriptis esset citatus, videlicet ad instanciam Pauli Rogalye pro eo et ex eo, quia domine mulieres seu femine obnoxie, videlicet una Margicza et alia Wlytha de domo Rogalye ad *Stromylonem* fugierunt cum eis de rebus, videlicet auro, anulis, perolis et aliis rebus in valore dimidium

[1]) ter *d.* [2]) *wyraz nieczytelny* [3]) p *d.* [4]) O *a.* [5]) pns *d.* [6]) absente *d.* [7]) Georg o *d*

alterum centum sexagenarum gr. cracoviensium in domum *Stromylonis* importaverunt; it.[1]) pro quodam equo eidem Paulo per *Stromylonem* post sororem in curru alias *vosznik* dato, qui equus apud Paulum est arrestatus, pro quo ipsum *Stromylo* evincere et intercedere noluit et racione est dampnificatus in XXV sexagenis gr. et in parata peccunia solvit; it. ad instanciam Anne, Mathie, Stanislai, Clementis et Margarethe alias Boguschka germanorum dicti *Stromilonis* pro patrimonio, quod habetur in ducatu domini ducis Boleslai; it. pro septingentis sexagenis gr. latorum sibi *Stromyloni* per matrem ipsius et dictorum puerorum de communibus bonis mutuatis; it. pro bonis mobilibus valoris septingentarum sexagenarum latorum gr., que mater aput *Stromylonem* reposuerat, que pro se omnia usurpavit. Dominus vero dux cum dominis predictis sentencialiter et iudicialiter decrevit, quod idem Paulus *Rogalya* debet citare *Stromilonem* ad videndum sentenciam ferri ad secundam diem proximam[2]) post domini ducis felicem proximum in Zacroczim ingressum, et ibi eciam Paulus *Rogalya* preconem secum debet habere et statuere ad recognoscendum super citacionibus per eum factis et pro quo idem *Stromylo* per eum est citatus etc.

191.* *(f. 180 v.)* **Termini zacroczimienses sabbatho ante** *(s.)* **sive in uigilia Ramispalmarum a. d. M-o etc. XXX sexto coram Zemakone de Sdunovo et aliis.** *(1436, 31 mar.).*

1951. Nobilis Sassinus de Oszek coram iudicio personaliter recognovit, quia nobiles Andreas de Dlothowo et Sassinus de Stroszewo fideiusserunt pro ipso quinque sexagenas monete communis May iudeo de Vischegrath, et quitcunque aut quodcunque dampnum predicti Andreas et Sassinus a iudeo perceperint, hoc super se Sassinus predictus de Osszek accipere debet, et ipsius dampnum erit et non illorum, paratisque peccuniis non composicionibus aut vadiis debet eis persolvere, quid nisi iudeo predicti a predictis quinque sexagenis dabunt, ad eorum simplicem relacionem ipsis debet persolvere quodcunque dicerent[3]); terminum dedimus.

1952. Ian de Zaluski s. m. contra Lasczenem *(s.)* Dlotowo pro caucione quadam et sibi L grossos in duabus septimanis sub pena L solvere debet.

1953. Climek de Voyni s. m. contra Stanislaum de ibidem pro caucione.

1954. Idem s. m. contra eundem.

1955. Nobilis[4]) Ian de Vilami s. m. contra Swanthoslaum de ibidem et sibi sex[5]) sexagenas monete communis in[6]) duabus septimanis minus XX grossis sub pena L solvere debet.

1956. Climek de Vilami, quia in iudicio locutus est non deponendo mitram.

1957. Stiborius de Nyepyecli s. m. contra Swanschkonem de Zarambi.

1958. Nobilis Petrus de Sokolniki coram nobis in iudicio recognovit, quia super terram, quam tenet in Prziborovice, post uxorem recepit *(f. 181.)* aput Mathiam de ibidem tres sexagenas monete communis tamquam ad obligacionem.

1959. Lascz de Camyenicza L contra dominam Trampska ob non solucionem iuris pro cmethone, ut in libro superius est notatum, et sibi *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis.

[1]) pro quo *d.* [2]) pro *d.* [3]) t. *d.* [4]) Petrus *d.* [5]) *cam.* quatuor. [6]) *cum kr.* sex septimanis solvere debet.

192.* Termini in Nouemyasto feria quinta proxima post Conductum Pasce a. d. M-o etc. XXX sexto coram Silamo iudice Martinoque subiudice et aliis officialibus etc. *(1436, 19 apr.)*

1960. Budek de Golambye s. m. contra Iohanem de Brolino.

1961. Micolai de Gawlouo s. m. [1]), quia non respondit ad querelam.

1962. Nobilis Przeczslaus de Godacze coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis minus novem grossis nobili Petro de Modzele super festum Nativitatis Christi proxime venturum, si autem non solverit, extunc ducatui L et Petro *pyacznadzescze* labetur.

1963. Andrzei de Stpice s. m. contra Sdzeslaum de ibidem.

1964. Litera super hoc detur. Sdzeslaus de Stpice ẽgit super Albertum, Andream, Iacobum, quia michi non vultis submittere porcionum medietates, quas emistis ad Tomassium, Iachnam et [2]) Dorotheam ibidem in Stpice, que ad [3]) me racione propinquitatis [4]) pertinere dinoscuntur, et adiudicamus eidem ipsas porciones perpetue possidere [5]).

1965. *(f. 181 v.)* Nobilis Sdzeslaus de Stpice coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam monete communis super festum Penthecosten proxime venturum nobili Paulo de Rascheuo, alias notario zacroczimiensi, si autem non solverit, extunc ducatui L et novito *(s.)* [6]) paratis peccuniis *pyancznadzeszcze* labetur.

1966. Przeczslaus de Borze s. m., quia non flexit ad crucem genibus, sed uno flectebat.

1967. Falk de Brolino [7]) s. m. contra Zemak de Bandostowo [8]) et sibi gazam sive domum molendinatoris et molendinum cum omnibus [9]) attinenciis super festum Penthecosten sub pena L reparare debet, exceptis lapidibus, quos super festum sancti Iohannis Baptiste parare debet ecciam sub pena L.

1968. Petrus de Iarluti debet statuere hic in Nouemyasto in duabus septimanis Swanthoslaum de Vmyan czino ad recognoscendum, quia ar[bi]ter istius [10]) est, quod Iohannes de Smogorzewo Petro prefato dare de[bet] pro dotalicio sexaginta, XXX-ta sexagenas paratis peccuniis et XXX-ta peccoribus; si sic arbitrati sunt, recognoscere debent, et Iohannes dominum iudicem Zemak ecciam stabilire debet [11]).

1969. Iohannes de Mazowo L contra dominum subiudicem et sibi duas sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

1970. Idem s. m. contra Michaelem de Borze ob non solucionem debiti.

1971. Pyotrova de Kansche L contra Dobeslaum et sibi [12]) *pyacznadzescze* paratis peccuniis.

1972. Nobilis *Smyara* de Chmyelewo coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam alteram *(f. 182.)* sexagenam cum quinque grossis super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Iohanni de Pyanowo, si autem non solverit, extunc in crastino sancti Nicolao *(s.)* duas sexagenas foro se solvere obligavit.

[1]) contra *d.* [2]) Dorotheam *d.* [3]) nos ro *d.* [4]) pertinetur *d.* [5]) *niżej pisarz rozpoczął zapiskę:* ex... [6]) *winno być* notario. [7]) *zam.* Bandostowo. [8]) *zam.* ibidem. [9]) attitre *d.* [10]) ero *d.* [11]) *między dwiema ostatnimi notami inną ręką dopisano:* satis emit (?), ideo deletum. [12]) L *d.*

1973. Nobilis *Manczk* de Virziki coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere septuaginta grossos monete communis super festum Pasce proxime venturum nobili Stephano de ibidem sub pena L iudicio.

1974. Bronisch de Virziki d. testes contra Katherinam sororem suam: Pauel *Comor,* qui interfuit, Swanschek, qui interfuit, Pauel de Gorki, *Smyara* de Ieblecznik, *Cosczesche* de Slunyczewo <ad sciendum>[1]. Rotha solius: *„Okthoran czanscz gimyenya ruschaianczego Katharzina namya zalovala, zatha ia onei dosicz vczinil“.* Qui interfuerunt: *„Iakom ia przithem bil, okthoran czanscz gimyenya ruschaianczego na Bronische Katharzina zalouala, zathan on iei doszicz vczinil“.* Testes: *„Iako ia tho vyem, okthoran czanscz*[2] *gimyenya ruschaianczego na Bronische zalouala, zathan on iei doszicz vczinil“.*

1975. Pauel de Mazovo LL contra preconem ob non solucionem debiti.

1976. *(f. 182 v.)* Bronisch *Virzik* ex decreto iudicii debet solvere totum ius terrestre pro duobus ortulanis in sex septimanis Andree geometri de Slubovo[3] et si docebit super eosdem kmethones scabinis pro iuvamine[4] pro decem grossis, extunc in duabus septimanis eidem solvere debet iuvamen predictum.

1977. Nobilis Petrus de Conarzewo exactor existens penarum domini pallatini.

1978. *Przeszdomina* de Gawlowo d. testes contra dominis *(s.)* iudicii: Paschek de ibidem, Ian Navoievicz de ibidem. Rotha: *„Iakom ia voloph vosznemv nveothbila ani wsamce zam pknanlan“.*

1979. Falk de Ponyathi *nyestane* contra Iohannem de Pianovo.

1980. Nobilis *Smyara* de Ieblecznik coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas monete communis super festum sancti Iohannis Babtiste proxime venturum nobili Vislao de Grabye, si autem non solverit, extunc racione dampni [totidem] solvere se obligavit.

193. Termini czechonovienses sabbato ante festum sancti Alberti a. d. M-o CCCC-o XXX sexto coram domino Zemak iudice necnon Velislao subiudice ceterisque officialibus iudicii. *(1436, 21 apr.).*

1981. Andrzei kmetho de Cozarzewo d. testes contra Dobyeslaum de ibidem: Allexander de Grampczewo, Myeczk de[5] Squari, Thomek de Grampczewo, Barthlomyei de ibidem.

1982. *(f. 183.)* Pyotr kmetho de Grampczewo. Rotha kmethonis: *„Iakom ia otha crziwda oth Dopka wstal, esze mi*[6] *tan rolan wząl, nakthoregem szedzal aginei mi nyedal“.*

1983. Nobilis Cristinus de Sobanice obligavit se solvere[7] mediam terciam sexagenam super festum sancti Bartholomei proxime venturum nobili Stanislao de Caczice communis monete, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit paratis peccunis, non composicionibus aut obligacionibus ipsum evadendo, et si alicui ad eundem terminum aliquid teneretur, Stanislao prius satisfacere se obligavit.

[1] dopisane na prawym marginesie; klamra wskazuje, że autorzy trzech ostatnich świadectw – [illegible] [2] decem *d.* [3] extunc *d.* [4] Cozarzewo *d.* [5] rolan wzanl *d.* [6] tres *d.*

1984. Laurencius de Grampczewo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam alteram sexagenam [1]) monete communis super festum sancti Petri et Pauli proxime venturum nobili Swanthoslao de Zarambi<no>, si autem non solverit [2]) in die predicti sancti Petri, extunc in crastino duas sexagenas solvere se obligavit paratis peccunis non composicionibus neque obligacionibus hic in Zacroczim circa librum solvere debet.

1985. <Micolai de Squari> [3]) s. m. contra Paulum notarium zacroczimiensem et sibi mediam sextam sexagenam bonis mobilibus dare debet sub pena L; preco componere debet.

1986. Vitus de Drosdzino <decem> s. m. contra Zemak de Michowo, quia sibi decem currus, quos recepit in frumento et ipsi non via equitaverunt. Rotha. Zemakonis de Michowo: *„Okthore ludzi* [4]) *lan namya zaloual, tim ia* [5]) *ia(s.) natei drodze wzanl“* [6]).

1987. Nyedzalk kmetho de Mogilno contra priorem de Czirvyenysko d. testes: Adam de Vichucz, Gotarth de ibidem, Ian de ibidem, Pauel de ibidem, alius Pauel de ibidem.

1988. *(f. 183 v.)* Nobiles Thomassius, Ieschek, Nyemyerze de Grabczewo prout ad iudicium [7]) ewocaverant nobiles Stephanum sacerdotem et Myrzon de Brodi, revocantes porcionem hereditatis Bartholomei ipsorum patrui, et egerunt super eosdem, quia emisti propinquitatem nostram; et nos ad dominum ducem dedimus ipsum, et in adventu domini ducis predicti Thomassius, Ieszek, Nyemyerze paruerunt in termino assignato, et Myrzon cum Stephano non steterunt neque ipsis terminum prorogaverunt, et prefatus Thomassius pro medietate porcionis predicte stetit, Ieschek autem cum Nyemyerze pro alia medietate, idcirco Stephani et Myrzon non paricionem considerantes predictam porcionem hereditatis Bartholomei ibidem in Grambczewo Thome, Ieschek, Nyemyerze adiudicavimus: Thome medietatem tocius porcionis et Ieschkoni cum Nyemyerze aliam medietatem eiusdem porcionis cum omnibus utilitatibus et eorum successoribus legittimis [8]) perpetue et in ewm, Myrzon cum Stephano et eorum legittimis successoribus legittimis *(s.)* perpetuum silencium imponentes.

1989. Ian kmeto de Lossowo IIIII LLLLLL *(s.)* contra Zemak de Bandostowo pro eo, quod ipsum Zemak citans pro violencia solus non stetit. Idem s. m. contra eundem, quia citans solus non stetit pro LXXX-ta grossis, ideo causam suam perdidit.

1990. [9]) Mathias, Nicolaus et Vitek de Rzebri obligaverunt se solvere penas pro Venceslao de ibidem domino duci cum suis honoratis in duabus septimanis, quas nuper est prolapsus; in quibus penis prefatis Mathiam, Nicolaum et Vitum in porcionem Venceslai ibidem intromittimus.

1991. Gunoldus de Zauisti t. solvere tres sexagenas cum VIII grossis in duabus septimanis sub duplici pena LL nobili Iacussio de Rosthky.

1992. Dobrogostius de Iaczkowo I L contra Iacussium de Kandzerzauice ob non solucionem marcarum iure acquisitarum.

[1]) super *d.* [2]) extunc *d.* [3]) *cum* Vitus de Drosdzino. [4]) *cum.* vozi [5]) naswem zieze wzanl *d.* [6]) *rota tej zapiski jest wpisana między zapiskami N.N. 1984 i 1985.* [7]) n *d* [8]) Myrz *d.* [9]) *n. r. dod.:* Rzebry.

1993. Machna *Kokosczna* de Lampice *nestane* contra dominos omnes.

1994. Falk *Ponyath* I *nestane* contra Ianussium de Novacivitate.

1995. *(f. 184.)* Nicolaus *Gorka* stetit omnes terminos pro duplici causa, videlicet pro litteris et pecuniis contra Andream *Stopkam* de Michowo, et idem Andreas nec per se nec per aliquem terminum dilatavit [1]).

1996. Nicolaus de Swirczewo d. testes contra Iacobum de Modzele: Vitus cum Martino de Klucowo, Ian *Kozel,* Pyotrasch cum Nicolao de Clucowo. Rotha: *„Iacom ya nyepobral Iacubowa szita wgego mlinye szilą"*.

1997. [2]) Mroczek de Rzebri recognovit se teneri Nicolao de ibidem sexagenam in moneta communi ad diem Nativitatis Christi proximum persolvere, si autem non solverit, extunc quendam campum, alias *plosza* circa granicies Mathie cum fratribus <currentes ad rivulum>, prout inter se consignarunt racione (?) suorum filiorum ad eundem Nicolaum perdet eviterne et in ewm et nulli vendere eandem porcionem poterit, quousque sibi Nicolao satisfaciet.

1998. [2]) Idem Mroczeslaus recognovit aliam sexagenam, extunc alterius porcionis filiorum ipsius ibidem in Rzebri 3-am partem ad eundem Nicolaum perdet eviterne et pro filio suo Mirzon idem Mroczeslaus fideiubet, quod in ipsius porcione eundem Nicolaum impedire non debebit; eedem porciones extendunt se versus [3]) granicies hereditatis Ganszorowo.

1999. *(f. 184 v.)* [4]) Nobilis Dosz de Skarzino coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas monete et numeri prutinicalis minus XX grossis super festum sancti Nicolai confessoris domini proxime venturum nobili Stanislao de ibidem sub pena L in novis solidariis.

2000. Preco Paulus coram nobis in iudicio recognovit, quia de Minori Strambowo pueros *Lwouei* contra Borzim olim herede de Strambowo pro quatuor sexagenis, quas iam de iudicio persolvere sentenciaverunt eidem Borzim, et secundo pro tribus sexagenis et X grossis citaverat eosdem contra eundem.

194.* Termini zacroczimienses feria quinta in crastino sancti Marci evangeliste domini die Rogacionum coram domino duce et eius dignitariis a. d. millesimo etc. XXX sexto. *(1436, 26 apr.).*

2001. Nobilis Petrus de Vnyestowo tribunus vischegradiensis coram nobis in iudicio personaliter constitu[tu]s fideiussit pacem perpetuam domino iudici Zemak de Czaxino pro domina *Sczenyanczina,* quia nullus predictum dominum Zemak imppedire debet pro quatuordecem [5]) sexagenis, pro quibus prefata domina *Sczenyanczina* [6]) super ipsum egit dicens, quod domino *Sczenyanczu* meo viro pro bonis tenebatur mobilibus et iimmobilibus.

2002. Ex decreto dominorum super iure sedencium nobilis Thomas et Ieschek de Grampczewo debent deliberare pratum Mirzon et Stephano de *(f. 185.)* Brodi, quod pratum dederant pro porcione Bartholomei de Grampczewo a terminis proxime venturis [7]) ante alios terminos, si autem non deliberaverint, extunc ad videndum eundem pratum se debent accipere de iure.

2003. Stanislaus de Squari d. testes contra dominum subiudicem.

---

[1]) *nad notą dopisane:* grossum t. [2]) *nad notą nowszą ręką dopisane:* Rzebry. [3]) h *d.* [4]) *wykreślony wyraz rozpoczynający zapiskę:* nobilis; *dalej puste miejsce na sześć wierszy.* [5]) seg *d.* [6]) ipsum *d.* [7]) *dalej wykr. kreska*

195*. It. feria sexta eodem adventu in Zacroczim. *(1436, 27 apr.).*

2004.[1] Prout dominus Paulus, alias *Rogalya* de Sokolowo stetit in termino ex parte sui et puerorum Pauli de Mednyky[2] coram domino duce adversus strenuum dominum Georgium alias *Stromilonem,* et idem Paulus tota die ad accensio[ne]m luminis terminos attemptavit, predictus vero dominus *Stromilo* non stetit, neque sibi terminum aliquis prorogavit, propter quod dominus dux <cum dominis suis> predicto domino Paulo Georgium *Stromilonem* dictum ad sentenciandum citare fecerat ad secundum proximum felicem adventum suum in Zacroczim, iam dictus vero Paulus in secundo adventu domini ducis stetit dicens: „ego terminos attempto contra dominum *Stromilonem* prout decrevistis domini"; autem Stromilonis familiaris veniens Andrzei *Chelch* nomine, procurator de Szgrzerz, terminum predicto domino *Stromiloni* prorogavit dicens: „meum dominum Georgium preco non arestavit in domo neque ipsum personaliter citavit", propter quod dominus dux[3] cum suis dominis prefato Andree *Chelch* dixit: „statuas dominum *Stromilonem* in Novemyalstoj ad terminos a feria quinta proxime ventura per sex septi[ma]nas ad respondendum domino Paulo *Rogaly* et fratribus necnon sororibus ipsius *Stromilonis,* Paulo *Rogalya* a predicta nota in registro superius scripta non recedente et a termino, quem contra eundem atte[m]ptavit, et ibidem preco in Nouemyasto recognoscere debet, pro quibus causis [S]*tromilonem* citavit.

2005. *(f. 185 v.)* Strenuus dominus Paulus alias *Rogalya* de Sokolowo coram nobis personaliter constitutus, existens gubernator puerorum Pauli de Mednyky ex parte sui et puerorum predictorum, procuraciam pro omnibus causis quam *(s.)* mobilibus bonis, quam iimmobilibus nobili Przeczslao de Bąschino resignavit, comittens eidem Przeczslao omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi et omnia faciendi[4], sicut ipsemet, si talibus interesset, contra dominum *Stromilonem* de Szgyerz.

2006.[5] Concordia facta inter dominum Iacobum *Squaram* canonicum varschoviensem ex una et Nicolaum kmethonem de Wroblewo ab altera partibus per dominos dominum canonicum, dominum pincernam, dominum vexilliferum *Rogalyam,* dominum subcamerarium czechonoviensem et dominum subiudicem zacroczimiensem necnon Paulum notarium zacroczimiensem in hunc modum, quod dominus Iacobus *Squara* obligacionem in libro superius scriptam, prout sibi prius obligaverat in XXV sexagenis, deliberare debet <ex toto ante duas septimanas> et quatuor sexagenas de penis, quas Nicolaus kmeto lapsus est, ad predictam obligacionem ascribere debet ad predictas XXV sexagenas et fiat summa XXX-ta sine sexagena et hodie litteram domini ducis super se idem canonicus debet dare[6] Nicolao, aliam autem peccuniam penarum <videlicet IIII-or sexagenas>, quas Nicolaus racione negligencie facte per canonicum[7] solvit, eo quod sibi certo tempore litteram super prefatam obligacionem non dedit[8], pro utilitate obligacionis wlgariter *zavszivanye zastavi*[9] defalcaverunt[10], et <ob hoc> pro predicta utilitate prefate obligacionis Nicolaum kmethonem nec iure seculari aut spirituali[11] impedire de-

---

[1]) *n. r. dod.:* Sgierz [2]) cog *d.* [3]) prefato nuncio dixit *d.* [4]) si talibus *d.* [5]) *n. r. dod..:* Concordia Wroblewo. [6]) et aliam *d.* [7]) eam *d.* [8]) psr *d.* [9]) et *d.* [10]) *zam.* convenerunt [11]) s *d.* [12]) t *d.*

bet <dominus quam et successores eius>, et hanc concordiam sub vadio duodecim sexagenarum arbitrati sunt.

196. **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancte Crucis invente a. d. M-o etc. XXX sexto coram Martino subiudice necnon Zemakone de Sdunowo et aliis officialibus etc.** *(1436, 28 apr.).*

2007. *(f. 186.)* Wlost de [1]) Voyni s. m. contra Vincencium de Zaluski pro fideiussoria peccuniarum.

2008. Pyotr de Zarambi d. testes contra Venceslaum de Falibogi: Msczischek de Naborowo, *Grzimala* de Smoli, Gauel de Voysczice, Micolai Borzimouicz de Zaluski, Vitus de Zaianczki. Rotha: *„Iakom ia nyepobral treph z Vyancz slavovich* [2]) *treph sgego gaiv szilan“.*

2009. Falislaus de Nyepyecli s. m. contra Petrum de ibidem et sibi sexagenam in duabus septimanis fideiussoriam et *pyancznadzeszcze.*

2010. Michal de Zagorzice s. m. contra [3]) Sva nthoslaum de Ianovo et sibi mediam alteram sex[agenam] in duabus septimanis pro caucione et debiti duas sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

2011. Nobilis Nicolaus de Voyni coram nobis personaliter in iudicio constitutus recognovit, quia pro fratribus suis fideiussit mediam sextam sexagenam monete communis super festum Pasce proxime venturum nobili Stanislao de ibidem [4]), si autem non solverit, extunc racione dampni totidem, quantum est de peccuniis capitalibus, solvere se obligavit.

2012. Nynotha de Czeczothki s. m. contra Stanislaum de ibidem et sibi totam porcionem Ialbrici hereditatis ibidem in Czeczothki, prout in libro sibi se obligaverat, in duabus septimanis exporcionare sub pena L.

2013. Voyczech de Zarambi egit super Petrum de ibidem, quia michi accepisti cum violencia *czirp,* et ille respondit, quia recepi, quia emi et super hoc habeo Iohanem Fallanczicz, et ambo super eum receperunt et [5]) pro straminibus similiter super eundem *(f. 186 v.)* receperunt, quia cum istis omnibus ad eundem hic idem emit, et ille Iohannes coram iudicio recognoscere debet, si emit vel non.

2014. Climyonth de Voyni [6]) L contra Stanislaum de ibidem ob non solucionem debiti acquisiti et sibi *pyancznadzeszcze.*

2015. Iohannes de Vilami coram nobis in iudicio [7]) personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas minus X grossis nobili Swanthoslao de ibidem in duabus septimanis, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit, et [8]) alias tres sexagenas [9]) minus decem grossis super festum sancti Petri proxime venturum, si autem non dede[rjit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

2016. Nobilis domina Katherina *Schidlowa* coram iudicio personaliter constituta suam procuraciam resignavit nobili Iohanni de Vilami contra preconem Przedborium de Nyepyecli pro omnibus suis causis magnis et parvis, dans eidem omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi et omnia faciendi, sicut solamet, si talibus interesset.

---

[1]) de *d.* [2]) *w oryg. razem; po przemiesieniu* slavova gaiv szilan *d.* [3]) S l *d.* [4]) *zam.* Vilami. [5]) pro *d.* [6]) s m. *d.* [7]) recog *d.* [8]) alii *d.* [9]) super *d.*

2017.[1]) Nobilis Petrus de Nyepyecli coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere decem sexagenas monete communis super festum sancti Petri proxime venturum nobili Vincencio de Zaluski racione fideiussorie pro kmethone, si autem non solverit super prefixum terminum, extunc in porcionem ipsius Petri totam cum omnibus utilitatibus predictus Vincencius debet se investire alias *wyansacz* sine precone et omni iure tamen cum tribus terrigenis debet se investire et tenere tamdiu, quousque sibi per Petrum predictum decem sexagene fuerunt plenarie persolute.

197.[*] **Termini in Nouemyasto feria quinta in die sancte Crucis invente** *(f. 187)* **a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino Silamo iudice necnon officialibus iudicii etc.** *(1430, 3 maii).*

2018. Ian *Crzissz* s. m. contra Paulum de ibidem pro caucione terrestri et sibi XV grossos et sepes reparare sub pena L in duabus septimanis.

2019. Nobilis domina[2]) Smichna de Budzischewo Martini uxor coram nobis in iudicio constituta resignavit suam procuraciam nobili Mroceslao de Myeschki contra Iunossium de Smogorzewo pro porcione hereditatis in Myeschki, quam sibi aravit.

2020. *Stauinoga* Micolai de Lampice s. m. contra Petrum de Carnyewo.

2021. Mroczek de Myeschki s. m. contra Borzim de Carnyewo et sibi mediam sexagenam et sepes reparare ante duas septimanas debet.

2022. Micolai de Mazowo s. m. contra Michaelem de Borze et sibi XXXX-ta grossos et IIII grossos in sex septimanis sub pena L solvere debet.

2023. Nobilis Iohannes *Cozel* de Brolino coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere centum et unum grossum super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili domino Nadmiro de Lowczewo, si autem non dederit super terminum prefixum, extunc ducatui L et sibi Nadmiro paratis pecu[n]iis *pyacznadzeszcze* una cum capitali pecunia.

2024. *Przesdomina* de Gawlowo L contra omnes dominos iudices ob repercussionem boum.

2025. Ian de Mazowo LL contra dominum subiudicem.

2026. Katherina de Comori Viti uxor[3]) contra L *(s.)* Bronissium de Virziki.

2027.[4]) Nobilibus dominis iudici domino Sylam necnon Martino de Ieszewo subiudici ceterisque honoratis iudicio in Nouemyasto presidentibus amicis nostris sincere dilectis.

Nobiles domini nobis sincere dilecti. Significamus vobis tenore presencium, que causa vertitur inter Petrum Iarluczski et Iohannem, de Smogorzewo, quia[5]) cum idem Petrus duxit sororem eiusdem Iohannis, et nos inter ipsos convenimus *(f. 187 v.)*, quia idem Iohannes debuit dare eidem Petro sexaginta sexagenas post sororem ipsius nomine Hedvigim de ipsius porcione patrimonii, ubique eam spectat cum eodem Iohanne, et ecciam porcionem omnium bonorum mobilium, et si non daret predictas sexaginta sexagenas communis monete, extunc debuit sibi exhiibere intromissionem Petro in porcionem hereditatis totam eiusdem Hedwigis, que ipsam [spectat] ubique cum eodem Iohanne, et literam domini ducis debuit reformare. Datum in Czechonow feria quinta ipso die Invencionis sancte

[1]) *n. r. dod.:* Niepiekły. [2]) M *d.* [3]) LL *d.* [4]) *zamazane:* nobilis S *d.* [5]) *d. a*

crucis *(3 maii.)*; et ecciam in iudicio recognovimus coram domino duce feria quarta. Iudex Zemak necnon Swyanthoslaus viceiudex czechonoviensis amici vestri.

2028. Pauel de Mazowo LLL contra precone *(s.)* ob non solucionem debiti acquisiti.

2029. Nobilis Mathias de Oszek coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam quintam sexagenam et[1]) XI grossos communis monete super festum sancte Margarethe uirginis gloriose proxime venturum nobili Stanislao de Szaromino sine pena.

2030.[2]) Nobilis Mathias primo scriptus de Oszek coram nobis publice recognovit, quia nobili Falibogio de Rzebri duos mansos super Volya et unum mansum, qui vocatur *plossa dzeszanthna* post Malinye, in sex sexagenis monete communis obligavit et in duobus grossis et presentibus obligat cum omnibus utilitatibus ad predictos mansos spectantibus ad[3]) festum Nativitatis Christi proxime venturum, si autem ad eundem terminum non exemerit, extunc idem Falibog predictos tres mansos tenebit a festo Nativitatis ad aliud Nativitatis festum eiusdem tamdiu, donec sibi Mathias predictas sex sexagenas cum duobus grossis exsolverit plenarie et ex toto.

2031. Falk *nyestane* de Ponyathi contra Iohannem de Pianowo ob non solucionem peccunie.

198*. Termini czechonovienses sabbato ipso die sancti Gothardi a. d. etc. XXX sexto *(f. 188.)* **coram Floriano de Sdunowo necnon Allexandro de Grambczewo et aliis iudicii officialibus et cetera etc.** *(s). (1436, 5 maii.)*

2032. Nobilis Florianus de Sdunowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere XX[4]) grossos monete communis super festum sancti Michaelis proxime[5]) venturum nobili[6]) Zemak de Michowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

2033. Dobek de Cozarzewo s. m., quia *przal szan* cum gladio et bacullo ferreo.

2034. Mironyek de Skarzino s. m., quia noluit filio respondere.

2035. Idem s. m., quia noluit respondere.

2036. Idem s. m., quia noluit respondere.

2037. Preco Paulus egit super Dobyeslaum de[7]) Cozarzewo, quia michi dixit: „*nasmovye visnavasch*“ et accipio me <ad> officiales iudicii.

2038. Andrzei Spandoski s. m. contra Zemak de Michovo pro fideiussoria et sibi recognovit, quia sibi literam domini ducis a Petro super obligacionem[8]) fideiussit[9]) ad X[10]) sexagenas, et post mortem patris ipsius predicti Petri obligacionem predictam filii alii XV sexagenis[11]) Zemakoni exemendo reddere debent, si pater vivendo non exemerit, et hoc super medietatem hereditatis porcionis ipsius Petri facta est[12]) recognicio.

2039. Preco in iudicio recognovit, quia Dobek locutus est cum teste, qui contra ipsum iurare habuit, et[13]) interrogavimus preconem, si aliquis inter eos erat loquendo, et preco dixit: „nullus erat“.

---

[1]) *zam.* minus. [2]) *n. r. dod.:* Osiek. [3]) *zam.* super. [4]) se *a.* [5]) s *d.* [6]) Fl *d.* [7]) co *d.* [8]) recog *d.* [9]) super *d.* [10]) *początkowo było* XII, *z czego pisarz* II *wykreślił.* [11]) amo *d.* [12]) obli *d.* [13]) hoc da *d.*

2040. *(f. 188 v.)* Preco Paulus coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas solidorum in medio ieiunii proxime venturo nobili Myeczslao de Squari, et quodcumque dampnum in solidis Paulus perceperit, hoc dampnum erit Myeczslai et non Pauli preconis, et hoc in novis solidariis.

2041. Dominus Stiborius de Colozampy *nyestane* contra Vitum capitaneum de Poltowsko.

2042. Mirzon de Skarzino d. testes contra Mirzon alium de ibidem: Iacusch *Greiczicz* de Skarzino, Maczei Retiborii de ibidem, Ian de Prziborouice, Czeslaw de ibidem, Ian *Cholewa* de Cholewi, Andrzei filius eius de ibidem. Rotha: *„Iako ia tho vvem, esze Mirzon nyevvratl Mirzonovi szodla"*

199.* Termini in Nouemyasto feria sexta in crastino Ascenssionis[1] **a. d. M-o etc. XXX sexto coram iudice Silamo, Petro de Postrusze, etc.** *(1436, 18 maii.)*

2043. Micolai de Byelani s. m. contra dominum Zemak iudicem czechonoviensem et domino iudici quindecim grossos et sepes cum gaza in duabus septimanis sub pena L.

2044. Bronisch de Virziki L contra Iasczoldum de Comorowo, quia in iudicio sibi dixit: „fur es", et sibi paratis peccuniis *pyacznadzeszcze.*

2045. Nobilis Stanislaus de Golambye coram iudicio personaliter constitutus obligavit *(f. 189.)* se solvere quatuor sexagenas minus novem grossis super festum sancti Nicolai confessoris domini proxime venturum nobili Stanislao de Clucowo, si autem non solverit, extunc ad Nativitatem Christi proxime venturum foro plenarie quatuor sexagenas se solvere obligavit.

2046. Nobilis *Myesczatha* de Glodowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere tres sexagenas monete communis super festum sancti Martini confessoris domini proxime venturum nobili Iohanni de Pyanowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit.

2047. Falantha de Gadowo docuit[2] duobus nobilibus super kmethonem Stanislaum de Golinino pro duplici percussione; ideo decrevimus super eodem kmethone[3] Falancze sexagenam de Gadowo et aliam relicte Micolaiowei de Gzi, quia ibidem ad dominam residebat in Gzi, et in sex septimanis solvere debet sub pena L.

2048. Nobilis Ian *Cozel* de Brolino coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere centum grossos cum IIII-or grossis super Priviumcarnis proxime venturum nobili Iohanni preconi in Nouem yasto, si autem non dedelrjit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit; <pro nota t.>.

2049. Iohannes de Stpice preco in Nouemyasto coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super Carnisprivium antiqulujm proxime venturum nobili Boguslao de Ponyatouice, si autem non solverit, extunc racione dampni solvere se obligavit.

2050. Nobilis Stanislaus[4] de Golanbye coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam octavam sexagenam monete communis[5] a festo Nativitatis Christi proxime venturo *(f. 189 v.)* per spacium unius anni nobili Martino de ibidem, si autem non solverit, extunc ducatui L et Martino paratis *pyacznadzeszcze* solvere se obligavit.

---

[1]) demum *d.* [2]) do *d.* [3]) d *d.* [4]) Col *d.* [5]) s *d.*

2051. Clemens de Lossowo s. m. contra Iohannem de Zalesze et sibi quindecim grossos et gazam cum toto iure de orto in duabus septimanis solvere debet sub pena L.

2052. Pyotrowa de Kansche s. m. contra Dopkonem de ibidem.

3653. Pyotrasch de Gawlowo II <s. m.> contra Paulum <de ibidem> et contra Iohannem de Roschkowo.

2054. Mroczek de Rzebri s. m. contra Falibogium de ibidem.

2055. Petrus de Iarluti s. m., quia [1]) egit, pro quo non citavit super Iohannem de Smogorzewo.

2056. Nobilis Bronissius de Virziki coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere decem sexagenas: quinque mediorum gr. et quinque monete communis super festum sancte Margarethe uirginis domini proxime venturum nobili Iasczoldo de ibidem, quod si non solverit, extunc [2]) totam porcionem hereditatis, quam ad Falislaum emit, eviterne perdet et amittet cum omnibus utilitatibus, nichil in eadem pro se reservatis ad ipsum Iasczoldum.

2057. Iaroslaus de Gorki s. m.

2058. Dominus iudex terminos omnibus prorogavit. Prout dominus Iunossius dominico proximo die concordiam habere debuit cum nobilibus de Myeschki, sed quia pro maioribus facere habet in regno, propter hoc a die dominico, <in> quo concordiam facere debuerunt, prorogamus per sex septimanas *(f. 190.)*, quando de regno idem Iunossius veniet et eosdem nobiles avisare debet, hanc diem prorogatam concordie revelando debito tempore.

2059. [3]) Prout Venceslaus de Rzebri generum suum Dzedstrich *(s.)* de Porsowo interemit et pro eadem interempcione penas sex L innodatus extiterat, easdem penas Falibogius de Rzebri omnes exsolvit integraliter et ex toto.

2060. Inter Iunossium de Smogorzewo ex una et dominam de Rostki a Nur Szmichnam terminus pendet per sex septimanas pro omnibus eorum causis, pro quibus iure se disponere debent.

2061. Nobilis Bronissius Nicolai de Virziki coram nobis in iudicio posuit XXX-ta et tres [4]) sexagenas cum X grossis pro porcione hereditatis, quam [5]) revocavit ibidem in Virziki, et dedit ipsas Falislao, Stephano et Iasczoldo, qui emerant ipsius propinquitatem.

2062. Andreas geometer s. m. contra *Grabye* de Nouemyasto.

2063. Falk de [6]) Ponyathi L contra Iohannem de Pyanowo, quia non stetit in termino ad sentenciandum citato et sibi XXXX grossos in duabus [7]) septimanis sub pena L solvere debet, sicut se in libro obligavit superius.

2064. Honorabilis vir dominus Stanislaus plebanus de Smogorzewo coram nobis in iudicio suam procuraciam resignavit nobili Iohanni de Gostkowo filiastro suo contra dominum Zemak iudicem czechonoviensem pro omnibus suis causis dans eidem omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi et omnia facere, que solus faceret, si talibus personaliter interesset.

2065. Zemak iudex *nyestane* contra Iohannem Caspronis et plebanum de Smogorzewo.

[1]) non *d.* [2]) racione *d.* [3]) *n. r. dod.:* Rzebry. [4]) cum *d.* [5]) rec *d.* [6]) Ponya *d.* [7]) *cam.* sex.

2066. *(f. 190 v.)* Idem nobilis Nicolaus de Pnyewo coram nobis in iudicio personaliter constitutus recognovit publice per expressum, quia hereditatibus Mirzanczino <in> decem mansos, sicut solus habuit <et tenuit>, Stanislaum de Glodowo in XII sexagenis libere debet et obligatus est investire et coram domino duce prima via resignare debet, quod si non fecerit, extunc racione dampni alias XII sexagenas Stanislao obligatus est solvere bona fide.

2067. Honorabilis dominus Stanislaus sacerdos [1]) de Gostkowo coram nobis in iudicio constituit, fecit et ordinavit suorum omnium bonorum tam mobilium, quam iimmobilium gubernatorem suarumque causarum procuratorem, actorem [2]) nobilem Iohan[n]em de Gostkowo filiastrum suum ita, quod sit potens citare, agere, respondere et omnia facere sicut solusmet faceret, si talibus personaliter [interesset] et procuratorem loco sui idem Iohannes, si necesse fuerit, tociens, quociens oportunum fuerit, potens erit stabilire etc.

2068. [3]) Nobilis Stanislaus de Glodowo coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se resignare perpetualiter suam totam porcionem ibidem in Glodowo [4]), quam *Chomantho* in obligacione tenuit, et pratum circa fluvium Noszilina in divisione alias *wdzale Gliczicz* [5]) inter Niviska nobili Boguslao de Ponyathouice *po drogan,* que currit seu ducit a Presgacz in Noszitlsko [6]), prefata porcio iacet, alias *dzal;* fideiussitque Stanislaus Boguslao pacem eviternam a fratre Iohanne, si vivit, et pro sorore sua Katherina, quia ipsum Boguslaum predicta pro porcione et prato impedire non debent; in dextra ecciam parte equitando de Ponyathouice ad Noszitlsko prefata Stanislai porcio iacet, et hec resignacio debet fieri prima via domini ducis felicique adventu ipsius.

2069. Ian de Mazowo LLL contra dominum subiudicem ob non solucionem debiti acquisiti.

200. [7]) *(f. 191.)* **Termini in Zacroczim sabbato proximo post festum Ascenssionis domini** [8]) **a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino duce et eius honoratis.** *(1436, 19 maii.).*

2070. Nobilis Przedborius de Czphiclino coram nobis personaliter constitutus publice per expressum recognovit, quia fideiussit decem sexagenas monete communis domino Nyemyerzi de Sloschewo pro nobili Alberto [9]) de Gumowo, quasquidem decem sexagenas prefato domino Nyemyerzi super festum sancti Martini proxime venturum se solvere obligavit, si autem non solverit, extunc predictum Nye myerze in IIII-or mansos possessos ibidem in Czphiclino cum omnibus utilitatibus nichil pro se reservatis [9]) investire se obligavit; quosquidem IIII-or mansos idem Nye myerze tenebit a festo sancti Martini proxime venturo ad aliud festum eiusdem sancti Martini.

2071. Inter *(s.)*. In causa vertente inter pueros Leonis de Strambowo piie memorie ab una et Borzim de Turzerogi ab ab *(s.)* altera partibus dominus dux terminum assignavit ad proximum felicem suum adventum, quando hic in Zacroczim ab ista parte fluvii sive Visle constitutur *(s.)*, et pro eisdem causis assignatis idem Borzim procuraciam nobili Alberto de Wsczele, si solus hic in termino pre-

[1]) *cam.* plebanus. [2]) ita *d.* [3]) *n. r. dod.:* Divisio Glodowo. [4]) quam cum porcione Petri *d.* [5]) nobili Boguslao de P *d.* [6]) *cam.* Ponyathouice [7]) A *d.* [8]) *cam.* Thoma. [9]) o *d.*

dicto non constituetur et fecit ipsum potentem omnia facere, que solus faceret, si talibus personaliter interesset.

2072. Dominus Stiborius de Colozampy *nyestane* contra capitaneum de Poltowsko [1]).

2073. Idem *nyestane* contra dominum Iohannem de Mloczsko <et hoc in communibus terminis, quia eadem die sunt celebrati, quando et coram domino duce>.

2074. Prout dominus Czechnowski egit super Nicolaum *Rostkonem,* quia [2]) me tangit dicens michi in iure, quod ego in meo iure agerem et iudicarem, et hoc paratus sum ad iudices, qui ibi super eodem iure sederunt, et iudices *(f. 191 v.)* coram nobis recognoverunt, quia dominus Czechonowski neque procuravit alias *przal sza,* neque iudicavit, sed duplex ius collocavit [3]) culmensem et polonicum dicens cui necesse est, agat, sicut wlt, super quem [4]) habet, et predictus *Rostek* non [5]) stetit, neque sibi aliquis terminum prorogavit; dominus vero czechonoviensis stetit tota die usque ad occassum solis contra eum *Rostkonem,* et eum non vidimus, propter quod nos domino czechonoviensi predictum *Rostkonem* [6]) citare ad ipsius districtum terminos super communes ad sententiandum decrevimus.

201.* **Termini zacroczimienses sabbato in vigilia Penthecosten a. d. etc. XXX sexto coram domino Martino subiudice et Zemakone de Sdunowo aliisque officialibus iudicii etc.** *(1436, 26 maii.).*

2075. Nobilis Stanislaus de Coricziska in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam monete communis et unum grossum super festum sancti Michaelis proxime venturum, si autem non solverit [7]) Sandziwgio de Sczithno, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

2076. Strenuus dominus Pelka subpincerna de Vronyska coram iudicio personaliter constitutus [8]) r[eco]gnovit [9]), quia fideiussit decem sexagenas mediorum gr. pro Sassino filio suo nobili Iohanni de Slepevroni, quas super festum sancti Iohannis Baptiste proxime venturum in domo ipsius Iohannis se solvere obligavit in Slepevroni, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit [10]).

2077. Nobilis Falislaus de Nyepyecli coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam alteram sexagenam monete communis super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Iacussio de Falibogi, quod si non solverit, extunc ducatui L [11]) et Iacussio *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis solvere est obligatus.

2078. Albertus de Zarambino LL contra Petrum de ibidem.

2079. *(f. 192.)* Nobilis Clemens de Zaluski coram nobis in iudicio personaliter constitutus vendidit et resignavit perpetue et in ewm totam suam porcionem hereditatis ibidem in Zaluski, sicut est longa et lata cum omnibus utilitatibus nichil pro se reservatis nobili Stanislao de ibidem [12]) pro sex sexagenis, de quibus sex sexagenis predictus Clemens tres sexagenas mancipavit, et has vendicionem et resignacionem idem Clemens debet personaliter facere resignando porcionem hereditatis predicte coram domino duce ante festum sancti Bartholomei Sta-

[1]) *zamazana silnie boczna zapiska:* in communibus terminis. [2]) michi *a.* [3]) di *a.* [4]) terminum *d.* [5]) *zam.* in. [6]) ad *d.* [7]) extunc *d.* [8]) obligavit *d.* [9]) pro *d.* [10]) *niżej wykreślony początek noty:* Preco coram. [11]) s *d.* [12]) reservatis *d.*

nislao predicto, si autem hoc non fecerit, extunc in tribus sexagenis, quas iam mancipavit, porcionem hereditatis predicte ad eundem Stanislaum perdet eviterne et amittet in ewm.

202.* Termini in Nouemyasto feria quinta proxima post festum Penthecosten a. d. M-o etc. XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis officialibus etc. *(1436, 31 maii.).*

2080. Nobilis Stachna uxor Venceslai de Stpice necnon filia [1]) bone memorie Swanthoslai de Zarambi coram nobis personaliter constituta obligata est solve[re] quinque sexagenas monete communis super festum sancte Margarethe virginis gloriose proxime venturum nobili Iohanni de Zarambi, si autem non solverit, extunc suas totas p[orcio]nes cum areis, ad quecumque ius sola habet, cum eodem iure ad predictum Iohannem perdet et amittet eviterne et in ewm.

2081. Nobilis Dobyeslaus de Myeschki coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere septem sexagenas et quindecim grossos monete communis super [2]) Carnisprivium proxime venturum nobili Boguslao de Ponyathouice sub dampno totidem paratis peccuniis quantum de peccuniis capitalibus.

2082. Nobilis Iohannes de Smogorzewo egit super dominum Zemak de Czexino iudicem czechonoviensem, quia michi teneris centum et quinque sexagenas, quas domino *Sczenyaczu* bone memorie tenebatur, non wlt solvere, quas michi dominus *Sczenyan* contulit et sibi demandavit, ut michi eosdem solveret, et dominus Zemak dixit: „habes robur domini *Sczenyan,* quod super me habuit aut ecciam *(f. 192 v.)* robur comissionis a domino *Sczenya*“ et ipse [3]) Iohannes: „ius non habeo, sed [4]) fratres super hoc habeo“ [5]) et dominus iudex responsionem non [6]) fecit, et cum hoc damus ad dominum ducem primi adventus.

2083. Dominus subiudex dimisit in pace eviterne Paulum de Mazowo pro porcione, quam habet a Nicolao in obligacione circa suam limitem *myedzi,* super quam ecciam habet literam domini ducis, pro qua ecciam eundem dominus subiudex citaverat et tenebit ipsam in sua peccunia in pace.

2084. Ian de Byelani s. m. contra Thomam de Kansche.

2085. Albertus de Slunyczewo s. m. contra Mathiam de ibidem.

2086. *Czcziborowo* de ibidem s. m. contra Mathiam de ibidem.

2087. [7]) Nobilis *Lada* de Lampice solvit penas domini ducis necnon subiudicis omniumque dominorum nisi domino cancellario [8]) medietatem pro Przedborio [9]) de Rzebri tenebitque ipsius porcionem hereditatis in Sczepankowo eiusdem Mroceslao.

2088. Micolai de Mazowo L contra Michaelem de Borze, quia repercussit.

2089. Nobilis Martinus [10]) coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas nobili Dirslao, ambo de Slunyczewo, super festum Nativitatis Christi proxime venturum, si autem non solverit, extunc in crastino Nativitatis Christi eiusdem totidem pro dampno se solvere obligavit et ducatui L.

2090. Andreas geometer *nyestane* contra *Grabye.*

---

[1]) olim *d.* [2]) p *d.* [3]) dixit *d.* [4]) coram *a.* [5]) et cum hoc ad dominum ducem prorogamus *d.* [6]) *zam.* neque i *wykr.* negacionem. [7]) *n. r. dod.:* Lempicze. [8]) medietatem *d.* [9]) *zam.* Mro[ces]lao. [10]) *zam.* Bartholomeus.

2091. *Przesdoma* de Gawlowo [1]) s. m. contra Iasczoldum de Virziki, quia in termino assignato non stetit.

2092. *(f. 193.)* Ian de Mazowo L contra Michaelem de Borze ob non solucionem debiti acquisiti.

203.* Termini czechonovienses sabbato in vigilia sancte Trinitatis a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino Zemak iudice necnon Vyelislao subiudice etc. *(1436, 2 iun.)*

2093. Nobilis Virzchoslaus de Squari coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam terciam sexagenam cum IIII-or grossis monete et numeri pruthinicalis a festo Bartholome proxime venturo per spacium unius anni nobili Michal de Czampkowo, quod si non solverit, extunc racione dampni L ducatui tenebitur.

2094. Iohannes de Squari personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam monete et numeri pruthinicalis duabus septimanis ante festum Pasce proxime venturum sub pena L nobili Stephano de Grampczewo.

2095. Nobilis Iohannes de Virzbouyecz coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis die sancti Martini proxime venturo nobili Zemakoni de Michowo, si autem non dederit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit, si in die sancti Martini non solverit.

2096. Providus Slauck una cum filio suo Stanislaſoȝ opidani de Zacroczim coram iudicio personaliter constitutus *(s.)* coniuncta manu obligati sunt solvere mediam septimam sexagenam monete communis super festum sancti Martini confessoris domini proxime venturum nobili domino Zemak iudici czechonoviensi, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit et de suo iure voluntarie culmensi recedendo coram domino duce respondere se obligati pro dicto pro debito.

2097. *(f. 193 v.)* Vitus de Poltowsko capitaneus stetit binos [2]) terminos contra dominum Stiborium de Coloza mpy, et ipse in nullo terminorum stetit neque sibi terminum aliquis terminum *(s.)* prorogavit <et super eum binum *nyestane* scribere iussimus>, et tercio ad sentenciandum predictum dominum Stiborium citavit et ipse ccciam non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit, ideo nos sentenciare volentes ad dominum ducem damus prima via die secunda.

2098. Iacobus cum Petro fratres germani kmethones de Vroblewo coram iudicio personaliter constituti suam procuraciam resignaverunt nobili Przeczslao de Banschino pro omnibus suis causis contra dominum Iacobum [3]) de Squari canonicum varschoviensem comittentes eidem omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi sicut solimet, si talibus personaliter interesset.

2099. Swanthoslaus de Szelechowo d. testes contra patrem de ibidem: Pelka de Spandowo, Micolai de Zelechowo. Rotha solius: *„Okthori dlug Sczepan namva zalowal, themv dzeszancz lath minala (s.)“*. Testium: *„Iako va tho wyem, okthori dlug Sczepan na Szwanschka zalowa(s.), themu dzeszancz lath minala“*.

2100. Nobilis Iohannes de Gauarzecz coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sex sexagenas monete communis super [4]) et in die vigilia Nativitatis Christi proxime venturo nobili Iohanni de Blandowo, si autem non solverit, extunc racione totidem se solvere obligavit, si in vigilia non solverit.

---

[1]) nye *d.* [2]) *sam.* omnes. [3]) S *d.* [4]) festum *d*

2101. Dominus Stiborius de Colozampy *nyestane* contra Iohannem de Mloczsko.

204.* Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Corporis Christi a. d. etc. XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis suppariis etc. *(1436, 9 iun.)*

2102. *(f. 194)* Nobilis *Grabye* de Pyesczrogi coram iudicio personaliter constitutus suam procuraciam resignavit nobili Thome de Sczipyerno pro omnibus suis causis, debitis et graniciebus comittens eidem omnimodam potestatem citandi, agendi, respondendi et omnia faciendi, sicut solus si talibus personaliter interesset, contra quascunque personas, cuiuscunque status vel condicionis fuerint, in omnibus nostris districtibus nostrorum iudiciorum.

2103. Ian *Barsa* de Camyenicza in iudicio recognovit, quia t. solvere domino iudici Silamo sexagenam super Exaltacionem sancte Crucis.

2104. Nobilis *Borscha* de Sobanice stetit in termino assignato contra Stiborium de Nyepyecli; primum sibi terminum prorogaverunt *(s.)*, et in assignato non steterit neque sibi terminum aliquis prorogavit; ideo fecimus eundem ad sentenciandum citare et pro debito citaverat ipsum.

2105. Stiborius *nyestane* de Nyepyecli contra Buthkonem de Voyni.

205.* Termini in Nouemyasto feria quinta in octava Corporis Christi a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino Martino subiudice et aliis szuppariis. *(1436, 14 iun.)*

2106. Preco coram nobis in iudicio recognovit, quia servitor alias *sluszebnik* dominum *Stromilonem* coram domina personaliter citavit, quando transivit de omissa ex parte domini Pauli *Rogalye* et ipsius domine, et ex parte puerorum superius scriptorum, ab ipsius *Stromilonis* fratribus et sororibus et secundo ad sentenciandum solus preco in Szgyerz *(f. 194 v.)* coram [1]) procuratore nomine Andrea *Chelch* citavit ex parte supra nominatorum [2]) Pauli *Rogalye* et fratrum sororumque ipsius *Stromilonis* pro istis omnibus causis, pro quibus idem Paulus *Rogalye* stetit ex parte sui et supra dictorum fratrum et sororum ipsius *Stromilonis* et [3]) super quelm]libet terminorum eundem citaverat ad Zacroczim super terminos domini ducis.

2107. Nicolaus *Rostek* L contra dominum czechonoviensem, quia ipsum tetigit [4]) in iure dicens, quia solus iudicasti et procurasti alias *przalesz sza* et sibi *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis.

2108. Ex mandato domini ducis per ipsius litteram nobis in iudicio presentatam terminum prorogamus inter dominum Paulum *Rogalya* et [5]) fratrem sororemque ipsius *Stromilonis* <ab una et *Stromilonem*> ex altera partibus hic ad Nouemyasto proximum felicem ipsius domini ducis adventum secunda die.

2109. Nobilis Dobrogostius de Gora coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere septem sexagenas monete communis pro caucione fideiussoria pro Iohanne de ibidem nobili Iohanni de Blandowo super festum sancti Martini proxime venturum, si autem non solverit, extunc decem sexagenas pro equo foro eidem Iohanni solvere se obligavit et ducatui L et hic de Iaczkowo hereditate respondere se obligavit et hic solucionem facere debet de Iaczkowo.

---

[1]) p *d*. [2]) Pal *d*. [3]) am *d*. [4]) iuris *a*. [5]) la *d*.

2110. Dzirschek de Slunyczewo s. m. contra Mathiam de ibidem.

2111. Micolai de Slu<ny>czewo s. m., quia egit [et] procuraciam non habuit.

2112. Nicolaus de Rostki s. m.[1]) contra Vitum de Clucowo et sibi kmethonem Szeczkonem cum omnibus mobilibus bonis in duabus septimanis reddere debent sub pena L hic in iudicio.

2113. *(f. 195.)* Nobilis Paulus de Gawlowo coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam alteram sexagenam monete communis in die sancti Martini proxime venturo nobili Dobroslao de Ostaschewo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

2114. Nobilis Budek de Colambye coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere octuaginta grossos monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili *Szmyerze* de[2]) Chmye|lewo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit.

2115.[3]) Stanislaus de Cansche coram iudicio recognovit, quia Laurencius de ibidem solvit sibi IIII-or sexagenas cum XX grossis et ob hoc ipsum delevimus de nota superius scripta.

2116. Nicolaus de Mazowo d. testes pro infamia contra ducatum: Dzetrzich de Szwirzkow, Bronisch de Szwyeschewo. Rotha: *„Iako ya tho vyem, esze Micolai nye|cradnye wxaszei zemi ani schansan*[4]) *sziwye“.*

2117. Ian de Mazowo d. testes contra Nicolaum de Rostki: Dzetrzich de Swirzkowo, Miczek de Conari, Micolai de Czaikowo, Pauel *Stari* de Gawlowo, Vrban de Ponyathi, *Ponyath* de ibidem. *(f. 195 v.)* Rotha testium: *„Iako ya tho vyem, okthori wol(s.) Micolai na Iana zalowal, thego on vszithku nyema“.*

2118. Nobilis Swanthoslaus de Mnyschewo coram nobis in iudicio personaliter constitutus publice per expressum recognovit et obligatus est aquam submittere ita, ut non staret super Alberti hereditate aqua mortua neque noceret molendino ipsius Alberti ibidem in Mnyschewo, et prefatam aquam submittere debet a festo sancti Iohannis Babtiste proxime venturo per spacium unius anni, si autem non submiserit[5]) aquam predictam de hereditate predicti Alberti, extunc iudicio L solvere se obligavit et ecciam pro fratribus suis idem Swanthoslaus germanis fideiussit[6]) Alberto, quia hanc submissionem perpetue tenebunt et inviolabi[l]li[t]er observabunt.

2119. Iohannes de Mazowo subiugavit se in crastino dare bovem Michaeli de Borze, quem elegerit, si autem Iohannes hoc reccusaverit, extunc binum LL iudicio labetur, que hodie scribere sunt iuxta librum decrete, ob non solucionem debiti acquisiti.

2120. Stanislaw de Kansche *nyestane* contra notarium.

206.* Termini czechonovienses sabbato proximo post[7]) octavas Corporis Christi a. d. M-o etc. XXX coram Floriano de Sdunowo necnon Allexandro de Grambczewo etc. *(1436, 16 iun.).*

2121. Nobilis Bartholomeus de Gram|bczewo egit super Swanthoslaum de Skarzino, quia michi kmethonem meum[8]) percusisti violenter, et ille negavit, et postea dixit: „quod feci, hoc post ipsius inicium, quando filiastrum meum percuttere voluit“ et hoc ad dominum iudicem prorogamus.

---

[1]) contra *d.* [2]) I *d.* [3]) Lauren *d.* [4]) s *d.* [5]) extunc *d.* [6]) quia *d.* [7]) festum *a.* [8]) in *d.*

2122. *(f. 196.)* Nicolaus cum Swanthoslaus *(s.)* de Zelechowo existentes fideiussores a nobili Iohanne de Virzbouecz recognoverunt, quia fideiusserunt *bidlo* a Nicolao de Chodzischewo ad ius, et Nicolaus dixit: „non mittam ad caucionem talem, sed ius alias *oborzne* per duas septimanas mittam"; et ad dominum iudicem prorogamus.

2123. Nobilis Arnoldus de Lasanki docuit scabinis super Stanislaum kmethone[m] fabrum, quia sine iniuria ab ipso transivit, et ideo totum ius terrestre super [1]) eo Arnordo *(s.)* adiudicavimus in sex septimanis sub L complere.

2124. Swanthoslaus de Zelechowo s. m. contra patrem de ibidem et sibi duas sexagenas in sex septimanis sub L solvere debet.

2125. Swanthoslaus de Skarzino s. m., quia in iudicio docuit procuratorem *pyercza.*

2126. Nyemyerze de Osszek s. m. contra Allexandrum de Sobanice.

2127. Dominus Stiborius de Colozampy coram iudicio recognovit, quia sic docuit scabinis pro percusione super kmethones de Dalanowo, videlicet Andream et Paulum, sic scabini dixerunt: „istud nos recipimus ad nostrum antiquum iuramentum et animam nostram [2]), quia scimus, quod Paulus et Andreas percusserunt *Cusszonem* et *Scorupkam*"; et procurator domini vicethezaurarii dixit: „non fuerunt tui homines, super quos docesti"; et damus ad dominum iudicem.

2128. Andreas de Grampczewo solvit *iednane* et s. m. pro Iacussio de ibidem, quas lapsus est contra Dopkonem.

2129. *(f. 196 v.)* Dominus Stiborius de Colozam]py coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sex sexagenas monete communis super festum sancti Bartholomei proxime venturum nobili Nicolao de Curzanthkowo sub pena L et paratis *pyacznadzeszcze.*

2130. Proposicio. Nota, quod cum nobilis Przeczslaus de Banschino tamquam procurator puerorum laboriosi Nicolai olim de Wroblewo super et contra *Squara* canonicum warschoviensem egit hiis verbis ita, quia ipse canonicus *Squara* iuxta arbitrium dominorum, prout registra causarum superius satis clare canunt et demonstrant, pueris Nicolai predictis non exsolvit neque satisfecit, tandem iudices registrum causarum notario fecerunt apperire, qui canonicus *Squara* statim dixit: „ego notario non mandavi in actis repponere"; vicenotarius dixit: „ego ad mandata tua non scriberem, supra mandata dominorum tunc pro tribunali residencium causam inter nos alterutrum arbitratam ad acta reposui"; canonicus *Squara* dixit vicenotario, quia scripsisti sicut voluisti; vicenotarius super et contra ipsum [3]) canonicum coram iudicio egit, quia me inculpat, quod ego scriberem sicut vellem, *(f. 197.)* qui *Squara* vicenotario noluit respondere, cui canonico vicesgerentes iudicis et subiudicis dominorum primo sub pena s. m.: „fac responsum vicenotario", 2-o et 3-o sub pena s. m.: „respondeas"; qui noluit respondere dicens, quia vos me non potestis iuste iudicare alias *nyemacze myą sprawnye ssandzidz;* statim Florianus cum Alexandro iudicii vicesgerentes super ipsum canonicum egerunt ita, quod nos ipsum iudicare non possemus; qui *Squara* in oppositum dixit: „ego non habeo unde respondere hic et date michi ad dominum iu-

[1]) ip *d.* [2]) quia Andreas et Paulus *a.* [3]) Canonicum *d.*

dicem"; primo, 2-o et 3-o super ipsum canonicum egerunt, et ipse dixit: „*nyemacze mya sprawnye ssandzidz*"; eciam vicenotario dixit: „ego te cum registro seu libro coram episcopo quassabo".

2131. Mscislaus de Czeczorky contra *(s.)*[1] 1 s. m., quia non egit[2] a quo citavit.

2132. Swanthoslaus de Szelechowo s. m. contra Iohannem de Czeczorki.

2133. Dominus Stiborius cum domino Mloczski *roszianli* sibi terminos super duas septimanas et dominus Stiborius hic obligavit se respondere predicto Mloczski, si non concordabuntur.

2134. *(f. 197 v.)* Bartlomyei de Grambczewo solvit tres sexagenas peccuniarum Petro et Iacob cum Paulo filiis Nicolai kmethonis de Vroblewo, sic recognoverunt.

2135. Pueri Nicolai kmethonis de Vroblewo steterunt in termino assignato contra *Squaram* canonicum varschoviensem pro non complecione arbitrii, sicut domini arbitrati sunt, et hoc in libro superius est notatum.

2136. Domina *Lwowa nyestane* contra dominum Ninognyw tamquam gubernatorem puerorum Leonis de Crzisko.

2137. Msczislaus de Czeczorki egit super Przibislaum de ibidem existens procurator Stanislai de Plonyska dicens, quia Stanislaus agit super Przibislaum de *(s.)*, [quod] ipsum violenter recepit in ipsius alias *wsphem gaiv*.

207. **Termini zacroczimienses sabbatho in vigilia sancti Iohannis Baptiste, a. d. etc. M-o etc. XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice etc.** *(1436, 23 iun.)*.

2138. Procurator de Golanino *nyestane* contra *Nyedzalk* kmethonem de Radzicowo.

2139. Idem *nyestane* contra Mathiam de ibidem.

2140. Idem *nyestane* contra alium de ibidem.

2241. Idem *nyestane* contra kmethonem ibidem de Radzicov.

208. **Cause Iudeorum feria quarta infra octavas sancti Iohannis Baptiste a. d. M-o etc. XXX[3] sexto coram viceprocuratore et Andrea de Postrusze necnon vicenotario etc.** *(1436, 27 iun.)*.

2142. Stanislaus de Trampki s. m. contra May iudeum de Vischegrath et sibi in septimanis sex solvere sub pena L debet debita solvere *(s.)* et pro fideiussoria iuxta librum vischegradie[n]sem.

209. *(f. 198.)* **Termini in Nouemyasto in vigilia sanctorum Petri et Pauli appostolorum domini sub anno eiusdem Nativitatis M-o etc. XXX sexto etc. coram domino Silamo iudici** *(s.)* **necnon Martino subiudice et aliis.** *(1436, 28 iun.)*.

2143. Myeczk de Krosczice s. m., quia *przalszan* sine resignacione procuracie.

2144. Nobilis Clemens coram nobis in iudicio recognovit, quia[4] *Literze* <civi de Siroczecz vendidit>[5] duodecem centa roborum, alias *vanyczoszu*, et intrante ieiunio proxime venturo in duabus septimanis sibi *Literze* sub dampno totidem se dare obligavit predicta robora.

---

[1] p *d.* [2] sicut citavit *d.* [3] q *d.* [4] vinum *d.* [5] *sam.* vendidit duodecim centam *(s.)* ieiunio proxime ventura *(s.)* robora.

2145. Clemens de Lossowo s. m. contra *Przesgaczonem* Iohannem [1]) pro debito.

2146. Falk de Gorki s. m. contra Boguslaum de Ponyathi et sibi tres sexagenas in sex septimanis.

2147. Georgius de Gorki s. m. contra Boguslaum de Ponyathi et sibi tres sexagenas in sex septimanis.

2148. Nobilis Przeczslaus de Godacze coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam quartam sexagenam <minus sex grossis> monete communis super Carnisprivium proxime venturum [2]) nobili Thome castrensi de Czechonowo sub L iudicio et Thome sub *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis.

2149. Nicolaus de Szwircze s. m. contra Stanislaum de Zochi.

2150. Sczepan de Gzi L contra dominum Iohannem de Stregoczino ob non solucionem debiti acquisiti et sibi *pyacznadzeszcze*.

2151. Nobilis Iasczoldus de Virziki coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere centum sine uno grossos monete communis [super] festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Thome [3]) castrensi de Czechon[ovo] sub L iudicio et Thome *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis et in Lowczewo reponere debet apud dominum Nadmirum, si solus non esset presens Thomas.

2152. *(f. 198 v.)* Nobilis *Grabya* de Pyesczirogi coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere decem sexagenas monete communis super festum sancti Martini proxime venturum nobili Thome de Sczipyerno, si autem non solverit super terminum prefixum, extunc debet ipsum Thomam debet *(s.)* intromittere in suam totam porcionem hereditatis Psuczino et in Studzanka a festo Nativitatis Christi proxime venturo cum omnibus censibus et proventibus, quos deberet recipere <solus> super festum sancti Martini proxime venturum <a nota presenti>, et tenebit predictas porciones totas ipsius *Grabye* in predictis villis de anno ad a[n]num tamdiu, quousque sibi decem sexagenas prefatas plenarie solverit, sic se obligavit, et idem *Grabya* omnia sua debita comisit exigere predicto Thome, ubicunque fuerint reperta etc.

2153. Nobilis Arnoldus de Kanthne coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas minus XII grossis nobili Petro de Slunyczewo, quas fideiussit pro nobili Iacussio de Kanthne super festum Nativitatis Christi proxime venturum sub dampno totidem paratis peccuniis, et quodcunque prefatus Arnoldus dampnum perceperit a Petro, hoc dampnum erit Iacussii predicti pro eadem [4]) caucione peccuniarum predictarum.

2154. Nobilis Bartholomeus <de Slunyczewo> coram nobis in iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia fideiussit XI sexagenas monete communis pro nobili *Bilicza* Paulo nobili Petro de Slunyczew super festum Nativitatis Christi proxime [5]) venturum easdem se solvere obligavit sub dampno totidem <paratis peccunis>, et quodcunque dampnum pro eisdem peccuniis Bartholomeus a Petro perceperit, hoc da[m]pnum erit Pauli *Bilicze* predicti, sic se [6]) Bartholomeo obligavit; si autem idem fideiussor Bartholomeus Petro sine dampno solverit [7]) pro *Bilicza* predicto, extunc idem Paulus *Bilicza* viginti duas sexagenas racione dampni Bartholomeo solvere se obligavit.

1) d *d.* 2) p *d.* 3) de *d.* 4) eo *d.* 5) eo *d.* 6) Petro *d.* 7) extunc *d.*

210. **Termini czechonovienses sabbato in vigilia Visitacionis Marie uirginis gloriose a. d. M-o etc. XXX sexto coram Floriano de** *(f. 199.)* **Sdunowo et Allexandro de Gramb czewo et aliis officialibus etc.** *(1436, 30 iun.).*

2155. Dominus subiudex plocensis Ninognyew nomine egit[1]) per procuratorem super *Gyempzam* de Vichorovo, quia michi aravit inter limittibus sive graniciebus et *Gyempza* dixit: „date michi ad videndum"; et dedimus etc.

2156. Sdzeslaus de Kurzanthkowo d. testes contra Vitum de Drosdzino: Iohannes de Michowo, Paschek de Plonyska, Czeslaw de Prziborouicze, Maczek de ibidem, Vlodzimir de Ydzicouice. Rotha: *„Okthori lyas Vitek namya zalowal, tho giego ludze virambili kgego potrzebye"*. Testes: *„Iako ia tho wyem, okthori lyas Vithek na Sdzeschka zalowal, then iego ludze virambili kgego potrzebye"*.

2157. Idem d. contra eundem testes alios: Falantha de Idżicouice, Swanschek de ibidem, Micolai de Michowo, Stanislaus de Kurzanthkowo, Micolai de ibidem Vanczkouicz. Rotha: *„Okthore bidlo Vitek namya zalowal, thego moi sin*[2]*) nyeothbyl szilan"*.

2158. Pueri Nicolai kmethonis de Wroblewo stantes in termino assignato contra *Squaram* canonicum varschoviensem, et ipse non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit, et iterum ad sentenciandum ipsum citaverunt, et non paruit neque sibi terminum aliquis prorogavit pro non compleccione arbitrii, sicut in libro superius continetur; et hoc damus cum eadem pena ad dominum iudicem.

2159. *(f. 199 v.)* Dominus Arnoldus de Golinino stetit omnes[3]) terminos per suum procuratorem contra Pelkam de Byethkouice, binos sibi terminos prorogaverit et in tercio assignato non stetit neque sibi terminum prorogaverit pro iure terrestri.

2160. Dominus *Squara* canonicus varschoviensis non stetit in termino assignato[4]) ad dominum iudicem contra officium iudicii a domino iudice et subiudice, quid eis dixit in iudicio: „non habetis me iudicare", neque sibi terminum prorogaverit.

2161. Idem contra dominum czechonoviensem non stetit in termino assignato neque sibi terminum aliquis prorogavit.

211. **Termini zacrocimienses sabbato infra octavas**[5]) **Visitacionis uirginis Marie gloriose a. d. M-o etc. XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice etc.** *(1436, 7 iul.).*

2162. Thomas de Camyenicz s. m. contra Nyelaskarium.

2163. Dominus vicepincerna de Vronyska s. m. contra Nyelaskarium de Dlotowo et sibi mediam terciam sexagenam pro caucione in duabus septimanis sub L solvere debet.

2164. Coram domino subiudice. Nobilis Dominicus[6]) de Stpice[7]) coram nobis personaliter constitutus publice recognovit, quia fideiussit nobili Iacussio de Zarambi pro honesta domina Stachna matre sua, quia debet se abrenunciare de porcione in Zarambi, quam habet iure primo in Nouemyasto, in proximo adventu <3-a die> felici domini ducis dicens, quia Iacussius sibi pro eadem porcione[8]) satisfecit, et sibi perpetue resignare.

---

[1]) super *d.* [2]) in *d.* [3]) *zam.* binos. [4]) ad dominum iudicem *d.* [5]) Epifanie *d.* [6]) *zam.* Iacussius. [7]) *zam.* Zarambino. [8]) so *d.*

212. **Termini in Nouemyasto feria quinta in vigilia sancte Margarethe uirginis gloriose a. d. M-o etc. tricesimo sexto coram Silamo iudice et Martino subiudice etc.** *(1436, 12 iul.).*

2165. Nobilis Nicolaus de Swircze coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam quartam *(f. 200.)* sexagenam a data presencium per spacium novem annorum nobili Anne filie sue: mediam terciam sexagenam peccoribus alias *bidlem* et sexagenam monete pruthinicalis et numeri racione dotalicii ipsius Anne matris piie recordacionis.

2166. Nobilis Stanislaus de Zochi coram iudicio personaliter constitutus [1]) obligavit se solvere septem sexagenas cum XX grossis a data presencium per spacium novem annorum nobili Anne de Swircze sic distingwendo: mediam sextam sexagenam peccoribus alias *bidlem* et duas minus decem grossis monete communis paratis peccuniis.

2167. Ieszek de Swircze s. m. contra Grzimpkonem fratrem suum.

2168. [2]) Nobiles Mathias cum Martino fratres germani de Golanbye coram nobis in iudicio personaliter constituti recognoverunt, quia fideiusserunt pacem perpetuam nobili Boguslao et eius successoribus de ibidem pro omnibus fratribus et sororibus eorum, quia ipsum Boguslaum et eius successores pro capite Stachne piie memorie matre [3]) ip[s]orum non impedient neque molestabunt et pro omnibus personis quecunque ius ad predictum caput Stachnye habuerint, neque ipsius successores, ut iam a modo pacem eviternam pro eodem capite habuerat.

2169. Kandzerzewska sex contra Martinum de Pyanowo.

2170. Nobilis Pyechna de Kandzerzeuice coram iudicio personaliter constituta constituit, prout melius potuit, ordinavit nobilem Iacobum de Sdunowo virum suum gubernatorem omnium suorum bonorum tam mobilium, quam iimmobilium in Kandzerzeuice, comittentes sibi ecciam procuraciam in omnibus suis causis contra quascunque personas, ut sit potens citare, agere, respondere et procuratorem loco sui [4]) stabilire, sicut solamet, si talibus personaliter interesset propria in persona.

2171. *(f. 200 v.)* Paschek de Zalesze s. m. contra Clementem de Lossowo et sibi ius terrestre de manso sub pena L et mediam sexagenam in sex septimanis [5]).

2172. Nobilis domina Szmichna coram nobis in iudicio recognovit, quia frater ipsius Petrus de Mye[s]chki satisfecit sibi pro porcione hereditatis ibidem in Myeschki, pro qua Iunossium de Smogorzewo citaverat, et ideo pro eadem porcione Iunossium dimisit in pace perpetua predicta pro porcione.

2173. *Gnath* de Gnathi *nyestane* contra Boguslaum de Ponyathi.

2174. Ian de Zalesze *nyestane* contra Zemakonem de Bandostowo.

2175. Micolai *Liganza* de Rostki L contra Vitum de Clucowo ob non [6]) restitucionem kmethonis alias Szstrzkonem.

2176. Iohannes de Myeschki d. testes contra Iunossium de Smogorzewo: Ian *Przeszgacz,* Iacusch *Scorosch,* Przibek frater suus, bis iurare debent, Geroslaus de Gorki, idem testis sub eadem rotha, Dobek de Crzisczki. Rotha sibi:

---

[1]) s *d.* [2]) *Glossa g[erma]:* super hoc littera [illegible] dari decreta est. [3]) sua *a* [4]) p *d.* [5]) *Glossa dolna:* littera super hoc scribi decreta est. [6]) solucionem *d.*

„Okthoran lodza Iunoscha na mya zalowal, thei ia nyewzanl przes zapowecz zamoschost(s.) szilan“. Testes: *„Iako ia tho vyem, okthoran lodza Iunoscha na Iana zaloval, thei on gemv nyewzanl przes zapowyecz samoschost szilan“*.

2177. Ego Silamus iudex vadimonii ducenta sexagenas interpono inter preconem Iohannem de Stpice et terrigenas, qui cum ipso Paulum de Mazowo detinuerunt, ab una et inter nobiles *Grabye*[1]) totum clenodium, ut pace fruant et non lite.

2178. Nobilis Stanislaus de Glodowo coram nobis personaliter constitutus recognovit, quia recepit[2]) sexagenas sexaginta apud Boguslaum de Ponyathi ad obligacionem in Glodowo, quando exemit, quam ecciam *Chomantho* tenuit, et adhuc sibi quinque sexagenas dare debet circa resignacionem Stanislai *(f. 201)* et ecciam pacem eternam fideiussit pro fratre suo Iohanne germano[3]), <sorore Katherina germana> et pro omni parte propinqua, que ius ad predictam obligacionem habuerit, et hic in proximo adventu domini ducis[4]) resignare se obligavit et pratum deliberare sibi debet in divisione Gliczicz circa Noszilina fluvium totalem et resignare debet.

213.* Termini czechonovienses sabbato in crastino sancte Margarethe uirginis domini a. **eiusdem M-o etc. XXX sexto etc. coram Floriano de Sdunovo et Allexandro de Grambczewo etc.** *(1436, 14 iul.).*

2179. Nobiles Iohannes Vislai de Squari et alter Iohannes Thomkonis de ibidem coram iudicio personaliter constituti obligati sunt solvere tres sexagenas manu coniuncta peccuniarum, que in Ploniska erit, gr. sive solidorum nobili Allexandro de Grambczewo a festo sancti Bartholomei proxime venturo per revolucionem unius anni.

2180. Nobilis Stanislaus coram nobis personaliter constitutus publice per expressum recognovit, quia obligat[5]) medietatem tocius obligacionis sue, quam habet a Cristino ibidem in Sobanice, <videlicet medietatem tocius patrimonii predicti Cristini> et presentibus obligavit in IIII-or et media sexagena nobili Nicolao filio Mscislao *(s.)* de ibidem tam diu tenendam, habendam, regendam cum omnibus utilitatibus, nichil in predicta medietate obligacionis prefate pro se reservatis, donec sibi predictas tres et $^1/_2$ sexagenam Stanislaus exsolverit, sub tali tamen condicione, quod si predictus Nicolaus in medietate predicte obligacionis ab aliquo[6]) impediretur, extunc a die impedicionis Stanislaus Nicolao peccuniam predictam in duodecim septimanis se solvere obligavit, et si non solverit, extunc sepefatus Stanislaus Nicolao nominato medietatem tocius sui patrimonii hereditatis ibidem in Sobanice tenere in obligacionem dare debet bona fide et intromittere eundem[7]) cum o[m]nibus et singulis utilitatibus tam diu tenendam, quousque sibi predicte tres et media sexagene per Stanislaum fuerint persolute, et super hoc domini ducis littera sibi decreta est.

2181. Nobilis Nicolaus de Michowo coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere[8]) octo sexagenas super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Pelce de Spandowo, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem solvere se obligavit et hoc capitalem peccuniam in moneta mediorum gr.

[1]) ab una *d.* [2]) X sexagenas *d.* [3]) <sor> *d.* [4]) si *d.* [5]) suam *d* [6]) obligaretur *d.* [7]) t *a.* [8]) octo *d.*

2182. *(f. 201 v.)* Nobilis Iohannes de Czeczorki egit super Swanthoslaum de Zelechowo, quia michi non conplet fideiussoriam *ogaiove,* sicut michi sentenciastis ante hoc duabus septimanis cum pena s. m., et ipse sibi recognovit, quia non conplevit; et cum hoc damus [1]) ad dominum iudicem, que pena ex hoc seque tur [2]): an s. m., aut quinquaginta.

2183. Deviacio Nicolai de Squari contra kmethonem Falislaum de Narusowo. Sic data est per iudices rotha: *„Iako Falk nyeranczil zamya Sczepanowi kopi* [3]) *y pyanczi groschi“*, et ipse sic prima vice dixit: *„Iakom ia nyewpravil Falka Sczepanovi wrankoiemstwo o kopan (s.) y opyan groschi“*, et secunda vice dixit: *„Iako Falk“* tamen, et tercio dixit: *„Iako ia tho vyem, esze Falk“*.

2184. Nobilis Stanislaus de Sobanice coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super festum sancti Martini proxime venturum nobili Borchi de G nyewyenice sub totidem dampni.

2185. Nobilis Santhor de Radzicowo advocatus obligavit se solvere XX et sex grossos monete communis Paulo preconi super festum sancti Nicolai proxime venturi sut totidem dampni.

214.* Termini in Nouemyasto feria tercia proxima post festum sancte Margarethe a. d. M-o etc. XXX sexto coram domino duce et honoratis ipsius etc. *(1436, 17 iul.).*

2186. Thomas de Sczipyerno L contra Przeczslaum de Godacze, quia sibi dixit: „non verum dicis in iudicio“, et sibi *pyanczdzeszcze* paratis peccuniis.

2187. Przeczslaus de Godacze d. testes contra *Pomyan* de Czaykowo, primo procus Bartholomeus de Roschkowo. *(f. 202.)* Rotha Przeczslai: *„Iakom ia* [4]) *<pyan>naczcze kop myal svei szenye vyanowacz“. „Iakom ia than vmowa myal smim czczem, eszem na przeczyph pyanczinaczcze kop svei szenye myal vanowacz“*; Bartholomei rotha: *„Iakom ya przithem bil, esze Przeczslaw swim czczem <tha vmova> myal, esze na przeczyph pyal*n*czinaczcze kop svei szenye myal vanovacz“*.

2188. Dominus dux cum suis dignitariis decrevit et terminos prorogavit inter dominum Paulum de Sokolowo et puerorum supra scriptorum [5]), a quibus ipse Paulus procuraciam habet, ex una et dominum *Stromilonem* ab altera partibus per octo et decem septimanas prorogavit, videlicet a terminis communibus, qui erunt [6]) feria quinta proxima post festum sancti Iacobi apostoli <communes *(s.)*> domini et in eisdem septimanis terminorum prorogator [7]) procurator domini *Stromilonis* de Szgyerz dominum suum *Stromilonem* debet in iudicio in Nouemyasto stabilire ad respondendum predicto Paulo et [8]) pueris supra notatis pro causis iam in libro superius notatis, quia Paulus *Rogalya* a terminis, quos stetit alias *vstal,* non recedit et pueri iam predicti, et ibi hoc ultima terminorum prorogacio facta est; Andreas *Chelch* prorogator terminorum domini *Stromilonis,* ut supra est notatus.

2189. Mathias viceprocurator de Poltowsko ex decreto iuris iurare debet iurare *(s.)* contra *Dzanczol* de Crzi sczki dicens, quia recepit in prato cordas alias *obdze* [9]), in quibus boves se *(s.)* equos ligabant.

---

[1]) in *d.* [2]) ante *d.* [3]) rzech *d.* [4]) przeczyph *d.* [5]) at *d.* [6]) in crastino post *d.* [7]) nu *a.* [8]) se *d.* [9]) in qu *d.*

2190. Dominus Zemak iudex czechonoviensis iusto iure evasit Iohannem de Gostcovo filium Caspronis, quid ipsum Zemakonem citaverat pro centum et quinque sexagenis, et eidem Iohanni perpetuum silencium imposuerunt pro eisdem peccuniis.

2191. *(f. 202 v.)* Ex mandato dominorum littera commissionis procuracie notatur. Strenuis ac magnificis dominis iudicibus, subiudicibus et ipsorum officialibus, tam in ducatu serenissimi ducis Boleslai et eciam in ducatu preclarissimi ducis Wladislai. Skerdo iudex Drohiczіensis una cum <Grzimislao> subiudice drohiczіensi amiciciam cum augmento omnis boni. Noveritis, tamquam domini et amici nobis sincere diligendi, quomodo coram nobis personaliter constituti nobiles Sasszinus et Paris fratres carnales, similiter nobilis domina Helena consors Stanislai de Corczewo et Margaretha sorores carnales, comiserunt et contulerunt fratribus [1]) ipsorum omnimodam potestatem in causis ipsarum pro bonis indivisibilibus agendi et procuratores ex parte ipsarum statuendi et ordinandi contra quamlibet personam et ecciam in quolibet iudicio ibi coram [2]) ipsis necesse fuerit iustificare, quando si propriis personis coram nobis presiderent et starent. Datum in Drohiczin feria secunda proxima ante festum Vincula sancti Petri nostro proprio sub sigillo [3]).

2192. [4]) Dominus Paulus de Noszitlsko s. m. contra Albertum advocatum suum et sibi duas sexagenas cum quindecim grossis in sex septimanis sub pena L solvere debet et ecciam s. m. penam in II sep[timanis].

2193. Idem eidem Alberto ex decreto iuris t. solvere duas sexagenas minus quindecim grossos in sex septimanis sub pena L.

215. * **Termini in Nouemyasto feria quinta in die sancte** [5]) **Anne sub a. d. M-o etc. tricesimo VI-to etc.** *(1436, 26 iul.).*

2194. *(f. 203.)* Nobilis Goschk de Czarnothi coram iudicio personaliter constitutus publice recognovit, quia fideiussit [6]) mediam quintam [7]) sexagenam cum dimidio sexto grosso monete communis super festum Nativitatis Marie uirginis gloriose proxime venturum provido Mathie alias *Chomantho* civi in Nouemyasto exsolvere, da[n]s pro nobili Nicolao notario de Modzelye sub equalitate dampni et pena L et *pyancznadzeszcze,* et econverso prefatus Nicolaus prescriptum Goschslaum de caucione iam dicta [8]) sub eodem dampno lib[er]are se obligavit.

2195. Nobilis Zemak de Bandostowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis nobili Michaeli de Myeschki a presenti nota in quatuor septimanis sub totidem dampni.

2196. [9]) Nobilis Iunossius de Smogorzewo ex una et nobiles Iohannes, Paulus, Nicolaus, Andreas heredes de Myeschki ex altera partibus coram nobis in iudicio diem receperunt silwam per medium dividere ibidem in Myeschki et ibidem granicies facere tercia die post festum sancti Michaelis proxime venturum, incipiendo divisio[ne]m a signis alias *oth czosnoph* in predicta silwa, ad que *(s.)* signa Iohannes prius no-

---

[1]) suis *d.* [2]) quibus *d.* [3]) Petri ad Vincula *wypada 1 sierpnia; ponieważ nie podano w tej oblacie daty roku, więc nie podobna określić, kiedy wypadł ów poniedziałek przed św. Piotrem; w 1436 roku byłoby to 30 lipca.* [4]) *n. r. dod.:* Nosilsko. [5]) Iacobi *d.* [6]) <quinque> quatuor sexagenas monete communis et septem grossos provido viro Chomenthoni civi *d.* [7]) s *d.* [8]) e *d.* [9]) *n. r. dod.:* Granicialis.

minatus duxit Iunossium, Iacussium de Scorosche, Clementem de Lossowo et Zemakonem de Bandostowo et debet ipsas granicies facere circa campum alias *popolye* [1]) usque [2]) ad angulum Gliniczskyego et debent [3]) erga Iunossium per medium dividere sub vadio decem sexagenarum.

2197. Nobilis Nicolaus de Rostki coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam alteram sexagenam monete communis nobili Vito de Clucowo super festum Nativitatis Marie uirginis gloriose sub equali dampno et L et *pyacznadzeszcze.*

2198. Nobilis Clemens de Cansche coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas <minus octo grossis> monete communis a ffesto Penthcosten *(s.)* proxime venturo per spacium unius anni nobili Budziwgio de Comorowo [4]) sine dampno.

216.* *(f. 203 v.)* **Termini zacroczimienses die sancte Anne sicut et in Nouemyasto coram domino duce et dominis ipsius a. etc., ut supra.** *(1436, 26 iul.)*

2199. Iohannes de Gauarzecz stetit in termino [5]) contra Cristinum de Sobanice tota die, et ipse Cristinus non stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit.

2200. Terminus assignatus strenuo domino Stiborio de Zaborowo ab una et Vito capitaneo poltoviensi ab altera partibus in causis ipsorum singulis secunda die coram domino principe in Varschouia post ipsius felicem ingressum secunda via, quando ab ista parte Visle in *(s.)* [6]) constituetur ibidem in Varschovia.

2201. Ex decreto domini ducis et dominis ipsius Andreas <Pelca> filius Pelce de Vronyska litteram dotalicii nobilis Anne consortis strenui militis domini Dobrogostii *(s.)* varschoviensis castellani [7]) dedit ad reservandum nobili Stanislao de Trampki.

2202. Accio. Nobilis Iacobus szupparius [8]) egit super dominum Sasszinum de Vichucz per suum procuratorem, quia michi violenter recepit LXII tunnas salis et quelibet in valore unius sexagene gr. communium per ipsum, quod sal predictum ipse Sassinus metduodecimus violenter recepit, cui Sassino litteram seu quittacionem a serenissimo principe domino et domino Vladislao dei gracia rege Polonie etc. decrevimus super festum sancti Michaelis proximum apportare ita, quod ipsum sal liberum haberet, si quod absit litteram domini regis ipse Sassinus habere non valeret, extunc prenominato Iacobo zuppario predictas LXII tunnas salis solvere debebit; dominus pallatinus stans in oppositum dixit: „hereditatem Vichucz *(f. 204.)* Sassinus michi racione commutacionis resignavit prius, quam ipse zupparius iudicialiter egit et proposuit"; tandem domini adinvenerunt, quia zuppario cum domino Sassino de Vischegrath in Zacroczim per dominum principem fuit assignatum prius, quam ipsa hereditas Vichucz domino pallatino fuit resignata etc.

2203. Ad terminos generales. Strenuis nobilibusque dominis Iohanni pallatino et Nicolao *Wansch* castellano czechonoviensi pro vocacione hereditatis Vichucz terminum ad terminos proxime celebrandos generales posuimus assignantes.

---

[1]) sub vadio duarum sexagenarum *d.* [2]) ad angulum et *d.* [3]) cum *d.* [4]) sub pena *d.* [5]) assignato *d.* [6]) V *d.* [7]) nobil. Stanislao *d.* [8]) *pozostawiono puste miejsce.*

2204. Przedborius preco zacroczimiensis obligavit tunicam in media sexagena gr. communium nobili Petro de Nyepecli a die sabbati proxime venturo ad duas septimanas; si non exemerit, extunc ipsam tunicam ad eundem Petrum perdet et amittet.

2205. Iacobus zupparius una cum Stanislao notario coram iudicio personaliter constituti resignaverunt ipsorum procuraciam pro omnibus causis motis et movendis contra quascunque personas nobili Floriano de Sdunovo, comittentes et promittentes gratum, ratum, firmumque tenere, quidcunque per ipsum Florianum factum et ordinatum dispositumque fuerit.

2206. Ex decreto domini ducis una cum dominis suis strenuus dominus Dobrogostius castellanus varschowiensis litteram sive privilegium ponere debet in proximo adventu domini ducis contra quem szupparium Iacobum pro theloneo.

2207.[1]) *(f. 204 v.)* It. notentur nobiles de Voyni, qui paruerunt termino contra dominum ducem, Micolaus *Mros,* alter[2]) Budek, Iohannes, Maczei, Vischek, Andreas, Clemens, Vlost, Cristinus, Iohannes, quibus domini terminum assignaverunt coram domino duce in proximo hic ingressu die secunda, et arbitros statuere habent ad recognoscendum, quomodo arbitrati sunt.

2208. Dominus Iacobus *Squara* canonicus varschoviensis s. m. contra[3]) pueros Nicolai et eis complere concordiam, sicut in libro per dominos est superius[4]) inscriptum, quam fecerunt domini inter Nicolaum patrem ipsorum et canonicum predictum in sex septimanis sub pena L.

217.* Termini czechonovienses sabbato proximo post festum sancti Iacobi appostoli domini a. eiusdem Nativitatis M-o etc. XXX VI-to coram domino iudice et aliis omnibus officialibus iudicii. *(1436, 28 iul.).*

2209. Dobek de Kozarzevo L contra Paulum preconem.

2210. *Wesczele* et Boguslaus de Sobanice per s. m. contra Borscham de Sobanice ibidem et sibi quatuor sexagenas caucionis[5]) coniuncta manu in duabus septimanis solvere et dampnum totidem, sicut de registris vischegradiensibus nobis notum fecerunt[6]).

2211. Iohannes de Strachowo s. m. contra dominum plebanum zacroczimiensem et sibi mediam sextam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet.

2212. *(f. 204 bis.)* Micolai de Squari s. m. contra Falislaum de[7]) Narussowo kmethonem et sibi sexagenam cum quinque grossis in duabus septimanis sub pena L solvere debet.

2213. Dominus Stiborius de Zaborowo d. testes contra dominum Iohannem Mloczski: Luthek de Bolanczino, Ian de Curzanthkowo. Rotha solius: *„Okthore*[8]) *pyenyadze Ian namya zalowal, thich ia iemu nyekazal zaszan*[9]) *obranczicz“.*

2214. Nobilis Falislaus de Oszek[10]) obligavit se solvere septuaginta grossos in solidis super festum sancti Nicolai proxime venturum nobili Michaeli de Zagorzice bona fide.

---

[1]) *w pustem miejscu na 10 wiersz nowszą ręką (z końca wieku XVI) dopisano:* kto wolnye, a mężnie, boday zabił aniebnie. [2]) *wykr.* Nicolaus, *również i* alter *winno było być wykreślone.* [3]) pueros *N d.* [4]) s *d.* [5]) in *d.* [6]) *zapiska w oryginale jest wykreślona, na końcu jednak dodana uwaga:* non est deletum. [7]) *N d.* [8]) y *d.* [9]) ranczicz *d.* [10]) *sam.* Pyanowo.

2215. Nobilis Falislaus de Osszek coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Alberto de Zarambino sub totidem dampni.

2216. Swanthoslaus de Skarzino d. testes contra dominum iudicem, qui interfuit: Czeslaw de Przibořouice ad sciendum, Ian de ibidem, Bronisch de ibidem, Marczin *Duda*, Ian de Vilamouice: *„Czsom sbyl Micolaie, tho zaiego poczanthkyem, kyedi mi rzecl, bich ia bil curwye maczerze sin“*. Testes: *„Iako ia tho vyem.“*

2217. Nobilis Allexander coram nobis in iudicio [1]) recognovit, quia sibi dominus Arnoldus de Lazanki solvit decem sexagenas caucionis.

2218. Dominus czechonowski stetit in termino assignato dicens, quia habeo terminum assignatum cum domino Iacobo *Squara*, et *Squaram* non vidimus neque sibi terminum aliquis prorogavit.

2219. *(f. 204 bis v.)*. Florianus et Allexander steterunt dicentes, quia hodie habemus terminum assignatum cum domino Iakobo *Squara*, et ipsum non vidimus neque sibi terminum aliquis prorogavit.

218.* Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancti Laurencii sub a. d. M-o etc. XXXVI-to coram Martino subiudice, Zemakone de Sdunowo etc. *(1436, 4 aug.)*.

2220. Dominus Pelka subpincerna de Wronyska s. m. contra Iohannem de Slepewroni et sibi decem sexagenas de capitali peccunia et dampnum totidem in duabus septimanis sub pena L solvere debet caucionis fideiussoria.

2221. Otha de Malonclanki s. m. contra dominum Pelkam subpincernam.

2222. Dominus Pelka subpincerna L contra Nyelaskarium ob non solucionem peccunie pro caucione.

219.* Termini in Nouemyasto feria quinta in vigilia Laur[encii] sub a. d. M-o XXX sexto coram Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis etc. *(1436, 9 aug.)*

2223. Ego Martinus subiudex et procurator zacroczimiensis, vigore domini ducis, vadimonii centum sexagenarum inter Clementem ex una de Lossowo et Iohannem de Czolcowo ex altera partibus vallavi <et>, quia Iohannes sub ducato *(s.)* nostro bona non habet, ideo vadium prefatum fideiubere sibi decrevimus cum domino iudice; et eundem vadium dominus Paulus de Noszitlsko pro Iohanne prescripto fideiussit, et quodcunque <dampnum> in eodem vadio dominus Paulus perceperit, hoc idem dampnum Iohannes intercedere se obligavit.

2224. Nicolaus *Lubadzicz* de Rostki s. m. II contra Iohannem de Mazowo.

2225. *(f. 205.)* Nobilis Clemeſnȷs de Lossowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas minus X grossis monete communis a data presencium in sex septimanis [2]) nobili Iasczoldo de Slassi sub equali dampno.

2226. Nicolaus de Slunyczewo d. testes contra *Zalogam* de ibidem: Marczin de Szmirdzigrochi, Staschek de Ostaschewo, Vischk de Marzusche, Dobek de Marzusche, Pyotr *Biliczin* filius. Rotha: *„Okthoran zemyan Zaloga namya zalowal, tho nyegest kupnina, ale <ią> dzirsza* [3]) *po moiem oczczu vischei trzech lyath wpokoiv“*. Testes: *„Iako ia tho vyem.“*

[1]) p *d.* [2]) s *d.* [3]) v *d.*

2227. Marczin de Swircze d. testes contra Vyelkonem de ibidem: Stiborius[1]), qui fuit nulnjccius de ibidem, Ieszek de ibidem nunccius ecciam, *Bogathko* de Iablecz[n]iki, Boguslaw de Golabye, Ian *Coszel* de Brolino. *„Okthoran lankan namya <Vyelk> zaloulal, otha on mnye nyemyal*[2]) *pozwacz, ale ian sempnan myal pomirzacz“.*

2228. Martinus de Slunyczewo libIerjaverit Bartholomeum de ibidem de caucione trium sexag[enarum], quas fideiusserat Stephano de Sluniczewo; sic Bartholomeus recognovit et hoc in libro superius est notatum.

2229. *(f. 205 v.)* Ieszek de Swircze d. testes contra fratrem de ibidem, unum Petrum de Ieblecznik i. *„Okthoran zemya Grzimek na mya zalowal, thom ia nyepospolnim gimyem ocupil, ale swim po,ssagyem“.*

2230. Nobilis Iohannes de Czolkowo coram iudicio personaliter constitutus constituit in suum gubernatorem nobilem Iohannem, alias *Dzanczol,* de Pnyewo in tota sua porcione[4]) seu in medietate tocius Lossowo, dans et comittens sibi Iohanni omnimodam potestatem gubernandi, citandi et omnia faciendi tam in bonis mobilibus, quam iimmobilibus, procuraciam sibi contra quascunque personas comittendo tam diu, in quam[5]) solus tenebit. Et quotcunque proventus sive utilitates et *valczinysch* de medietate predicta evenerint[6]) et census, hoc super quodlibet festum sancti Martini idem *Dzanczol* Iohanni solvere et dare tenebitur, sed agros, prata et labores kmethonum idem *Dzanczol* pro se tollet et levabit cum penis singulis kmethonum et omnes alias omnes *(s.),* quecunque super medietatem predicte hereditatis pertinere quolibet iure[7]) dinoscuntur etc.; littera iudicialis super hoc data.

2231. Nobilis Bronissius de Swyeschewo iure acquisivit divisionem hereditatis ipsorum et debent dividere per medium ad areas ipsorum, in quibus sedent, super Falislao de ibidem <di>mensurando areas predictas, in quibus resident.

2232. Nobilis Falislaus de Ponyathouice[8]) coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere septuaginta grossos monete communis super festum sancti Martini proxime[9]) venturum nobili Boguslao de ibidem sub equali dampno paratis peccuniis.

220*. *(f. 206.)* **Termini czechonovienses sabbato in crastino sancti Laurencii sub a. d. M-o etc. XXX-o sexto coram**[10]) **Zemakone iudice et aliis officialibus** *(1436, 11 aug.).*

2233.[11]) In causa vertente inter dominum Gyethkam ex una et Iohannem de Virzbovyecz ex altera partibus terminus pendet ad secundum proximum adventum in Zacroczim domini ducis.

2234. Iohannes de Sarbyewo s. m. contra sororem suam et sibi porciones hereditatum ante[12]) sex septimanas dimensurare sub pena L, que spectant <super ipsam ex paterno>.

2235. Helena de Sarbyewo s. m., quia egit super fratrem non citans.

2236. Nobilis Petrus de Michowo coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam in novis solidariis, per IIII-or tercianos ipsos computando, super festum Nativitatis Christi proxime venturum nobili Sdzeslao de Cu-

[1]) de *d.* [2]) zalowacz *d.* [3]) *na końcu wyrazu zwykr. litera* k. [4]) in h *d.* [5]) *zam.* quantum. [6]) hoc *d.* [7]) pertiner *d.* [8]) *zam.* Pyanowo. [9]) pro *d.* [10]) p *d.* [11]) inter *d.* [12]) duas *d.*

rzanthkowo; si autem non solverit, extunc pratum in Michowo secabit ita diu, donec sibi peccuniam exsolverit, excipiendo partem Zemakonis prato in eodem inter fluvios, quod pratum anno eodem secavit.

2237. Nobilis Helena de Sarbyewo coram nobis in iudicio personaliter constituta suam procuraciam resignavit [1]) nobili Othe de Maloclanki contra nobilem Iohanem fratrem suum de ibidem pro omnibus suis causis, quas habet vel habitura est cum fratre eodem, promittens ratum firmumque tenere, quodquod factum et ordinatum fuerit per dictum per Otham.

2238. Nobilis Luca de Skarzino fideiussit domino iudici czechonoviensi sexagenam cum XV grossis pro Swanthoslao de ibidem, quas in duabus septimanis se solvere obligavit tali modo, sicut Santhoslaus *(s.)* sub pena L solvere debuit.

2239. Przeczslaus coram nobis in iudicio citans dixit, quia hodie terminum habeo assignatum cum domino Stiborio *(f. 206 v.)* [de] Colozampy, et Stiborium non vidimus neque sibi rite aliquis terminum prorogavit.

2240. Domina [2]) Agnes de Sankowo terminum habet attemptare in [3]) secundo adventu domini ducis hic in Zacroczim cum kmethone de Sankowo.

221.* Termini in Zacroczim feria secunda infra octavas sancti Laurencii martiris domini sub a. d. M-o etc. tricesimo sexto coram domino principe et ipsius honoratis etc. *(1436, 13 aug.)*

2241. Philipus preco coram nobis recognovit, quia pueros domine *Lvovei* citavit erga Borzim de Minori Strzambowo trina vice, et nos [4]) preconem exaudientes sentenciavimus, sicut et prius sentenciare debuimus.

2242. Mscislaus de Czeczorki d. testes contra [5]) Przibislaum de ibidem: Thomas de Curzanthkowo, Laurencius de Boguslavouice, Mscislaus de Thischki, Dobek de Curzanthkowo, Micolai de Curzanthkowo. *„Okthorem stegni na Przipka* [6]) *zaloval, nathich on mgye nyemyal bracz ani mich lodzi, a on wszdi bral poth zacladem“*. Testes. *„lako ya tho vyem.“*

2243. *(f. 207.)* Dominus subiudex zacroczimiensis coram nobis personaliter constitutus recognovit, quia fideiussit [7]) nobili Iohanni de Slepewroni litteram reddere et liberare, quam habet super XXXX sexagenas dominus Stiborius, super festum sancti Nicolai proxime venturum pro domino *Rogalya* vexillifero vischegradiensi, et quodcunque dampnum Iohannes perceperit racione non deliberacionis, hoc dampnum erit domini subiudicis et non Iohannis; et ulterius dominus *Rogalya* domino subiudici predictam litteram a domino Stiborio deliberare sub eodem dampno <fideiussit>, quod dominus subiudex percipere deberet [8]), hoc [9]) dampnum non erit domini subiudicis, sed domini *Rogalya* vexilliferis.

2244. Nobilis Zemak de Michowo coram nobis personaliter constitutus publice recognovit, quia pater ipsius nomine Petrus de ibidem iam omnia debita in libro superius notata sibi plenarie exsolvit et ipsum amplius pro eisdem quovismodo impedire non debet.

2245. Sdzeslaus de Curzanthkowo stetit tota die dicens, quia hodie terminum assignatum habeo cum domino Stiborio [10]), et dominum Stiborium non non *(s.)* vidimus neque sibi terminum aliquis prorogavit.

[1]) suam *d.* [2]) Age *d.* [3]) ss *d.* [4]) iuxta *d.* [5]) P *d.* [6]) *w oryg.* naprzipka. [7]) I *d.* [8]) et ipsum dampnum super se recipere obligavit *d.* [9]) non *d.* [10]) procuraciam *d.*

222.* Termini zacroczimienses sabbato infra octavas Assumpcionis uirginis Marie gloriose anno domini M-o etc. XXX sexto coram domino Martino subiudice et aliis officialibus. *(1436, 18 aug.).*

2246. Honesta domina Katherina de Glathczino coram iudicio personaliter constituta abrenu[n]cciata est de sua porcione bonorum, que post virum suum super ipsam spectabant, omnium <in Vilamouice> eviterne et in ewm, et resignavit ea filie sue Barbare ibidem in Vilamovice.

2247. Preco Przedborius obligavit se solvere hodie quindecim grossos nobili Sassino de Stroszewo; si autem non solverit, extunc istos XV grossos una cum peccunia, sicut in libro superius se inscripsit, sub eodem dampno eidem Sassino debet solvere.

2248. <Pelca de Wronsky contra Iohannem de Slepewroni L> [1]).

2249. *(f. 207 v.)* Clemens de [2]) Voyny ex decreto iudicii in tribus septimanis totum ius complere debet pro ortulano nobili Iohanni de Zaluski sub pena L.

2250. Micolai *Mros* s. m. contra Stanislaum de Squari.

2251. Clemens de Voyni s. m. contra eundem.

2252. It. predicta Katherina, que primo superius bona sua Barbare filie sue in Vilamovice resignavit, eadem domina una cum predicta Barbara filia sua procuraciam suam nobili Petro ibidem de Vilamouice resignaverunt pro omnibus causis, facientes ipsum potentem contra quascunque personas ita facere, sicut ipsamet *(s.)* facerent, si talibus personaliter interessent.

2253. Ego Martinus subiudex et procurator zacroczimiensis vadimonii sexaginta sexagenarum interpono et presentibus interposui rati et firmi inter Iohanem de Zaluski ex una et Petrum de Nyepyecli ex altera partibus, ut pace utifruant et non lite.

223.* Termini in Nouemyasto feria quinta in vigilia sancti Bartholomei apostoli domini sub a. d. M-o etc. XXX sexto coram szuppariis sive officialibus iudicii etc. *(1436, 23 aug.).*

2254. Vyelk de Szwircze L contra Martinum de ibidem, quia ipsum docuit testibus, quod ipsum pro prato citare non debuit, sed dimensurare.

2255. Ieschek de Szvircze s. m. contra Grzimkonem et sibi terciam partem hereditatis dimensurare tocius ibidem in Swircze in duabus septimanis sub pena L.

2256. Pyotr de Gawlowo [3]) LL contra dominum episcopum, quia curru recepit decimam <et sibi tres cassulas siliginis et II *pyancznadzeszcze* in sex septimanis sub pena L solvere debet>.

2257. [4]) *Bilicza* s. m. contra Stanislaum de Voyni et sibi septuaginta grossos in duabus septimanis complere debet pro fideiussoria.

2258. *(f. 208.)* Nobilis Nicolaus de Byelani citatus erat per Bronissium.

2259. Nobilis Iohannes de Byelani cum fratre suo germano Mathia de ibidem iure acquisiverunt medietatem hereditatis tocius dictam Rzechowo super Bronykone et pueris ipsius alias *wnvky*, quia ex decreto arbitrorum iuramento docuerunt, quia Bronyk recepit suam peccuniam pro porcione sua Tharnowo, que su-

[1]) *dopisane inną ręką.* [2]) Voni *d.* [3]) se *d.* [4]) P *d.*

per[1]) ipsum spectabat et ob hoc predicto Iohanni et Mathie cum filiis ipsorum[2]) medietatem tocius hereditatis, sive ville, perpetue adiudicamus Bronikoni. Et successoribus ipsius et cum pueris alias *wnvki* perpetuum silencium imponentes et post mortem Iohannis tamen tres filii ipsius porcionem hereditatis predicte possidebunt, scilicet Nicolay, Iacobus et Petrus, et si alii pueri nascentur, ab eadem porcione hereditatis abiudicati sunt per arbitros, qui hanc causam arbitrati sunt: primo dominus Vrbanus de Carnyewo, Laurencius de Szwyeyki, Nadmirus de Lowczewo, Vlost quidam heres de Lowczew, Albertus de Sczavino, *Szwy eyko* de Szvyeyki, Nicolaus de Zalesze, <Micolai de Rzechovo; finis arbitrorum supra scriptorum>[3]).

2260. Daczbog de Ponyathi s. m., quia dixit: „non sic super me Stanislaus agit, sicut citavit"; et preco recognovit, quia sic citavit, sicut egit.

2261. *Ponyach* de Ponyathi s. m., quia *przal szan* et procuracia sibi non fuit resignata.

2262. Clemens de Lossowo s. m. contra iudicium ob non solucionem pene s. m.

2263. Micolai *Lubądzicz* de Rostki s. m. contra iudicium ob non solucionem s. m.

2264. Nobilis[4]) Sdzeslaus de Stpice resignavit suam procuraciam filio suo Nicolao de ibidem pro omnibus suis causis contra quascunque personas ita, quod potens erit citare, agere, respondere et omnia facere, sicut ipsemet faceret, si talibus personaliter interesset.

224.* *(f. 208 v.)* **Termini czechonovienses sabbato in crastino sancti Bartholomei appostoli domini sub a. Nativitatis eiusdem M-o etc. tricesimo sexto coram Floriano de Sdunowo et Allexandro de Grambczewo et aliis officialibus.** *(1436, 25 aug.).*

2265. Nobiles Mathias et Vitus de Squari coram iudicio constituti constituerunt gubernatorem suum Stanislaum de ibidem in suis bonis mobilibus et iimmobilibus et procuraciam suam eidem resignaverunt pro omnibus suis causis contra quascunque personas sic, quod potens erit[5]) citare, agere, respondere et[6]) procuratorem a se stabilire.

2266. Zemak de Michowo s. m., quia egit super patrem non citans.

2267. <*Squara* canonicus[7]) L contra pueros Nicolai de Wrony>.

2268. Bogusch de Sobanice s. m. contra Andream de Vilamovice, et sibi sexagenam cum totidem dampni sub pena L solvere debet; sexagenam in duabus septimanis, aliam autem, videlicet dampnum, in[8]) decem et octo septimanis.

2269. Nobili Iohannes de[9]) Mloczsko stans dixit, quia attempto testes, quos dominus Stiborius contra me inducere debuit, et kmetho Stephanus[10]) *Koczo* de Colozampy sibi terminum prorogavit dicens, quia hodie dominus Stiborius coram domino duce in Vischegrath pro maioribus habet facere; et Mloczski dixit per procuratorem: „ego prorogatori isti non credo, quia dominus dux decrevit, quod notabiles persone[11]) domino Stiborio terminum prorogare habent, et ut michi se fideiubeat iste prorogator, quod stabit michi termino, quia se abnegant

[1]) ipsam *d.* [2]) M *d.* [3]) *dopisek ten umieszczony jest pod zapiską № 2261 i oznaczony odsyłaczem; ostatnie wiersze tej zapiski bardzo ścieśnione.* [4]) Nicolaus *d.* [5]) facere *d.* [6]) guber *d.* [7]) s m. *d.* [8]) octo *d.* [9]) s *d.* [10]) stans *d.* [11]) sibi *d.*

sepius prorogacionem terminorum". Et nos non facientes sibi se fideiubere ad dominum [1]) iudicem prorogavimus, et procurator predicti Mloczski dixit: „pro quibus causis, aut cum quo terminum habet ibi, pro maioribus habet*(S.)?*", et ille [2]) prorogator dixit: „nescio pro quibus, aut cum quo facere habet".

2270. Sdzeslaus de Kurzanthkowo stans dixit, quia coram domino duce stetit terminos alias *vstalem roki*, et iam ad terminos hodiernos ius decrevit michi ipsum citare ad sentenciandum et citavi [2]); et prorogator terminum sibi prorogavit idem, sicut contra Mloczski eodem modo, et cum hoc ad dominum iudicem prorogamus.

2271. *(f. 209.)* Nobilis Iohannes de Mloczsko coram iudicio personaliter constitutus suam procuraciam resignavit <nobili Przeczslao de San...> pro omnibus suis causis contra quascunque personas sic, quod potens erit citare, agere et respondere, sicut solusmet, si talibus personaliter interesset, et debita seu peccuniam quemcunque esset levare.

225. [3]) **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum Nativitatis uirginis gloriose coram domino duce Boleslao etc. sub a. d. millesimo CCCC-o XXXVI-o etc.** *(1436, 1 sept.).*

2272. Nota ex certa sentencia dominorum. Nobilis Petrus de Sarbyewo iuramentum corporale facere debet dum adprimum de partibus Litwanye in ducatum Mazovie venerit pro L-ta grossis contra pueros perdive recordacionis Iohannis de Sankowo etc.

2273. Helena de Sarbyewo aprobat Iohannem fratrem suum de ibidem pro decem sexagenis gr.: primus Stanislaus de Coricziska, 2-us Laurencius de Naborowo [4]). Rotha: *„Iako lan podnyosl trzidzeszczi kop maczerzistich pyenyandzi, annye czqnsczi nyedal"*. Testes sicut bene sciunt, in tribus septimanis.

2274. Pelca de Wronysky contra Iohannem de Slepewroni LL.

2275. *(f. 209 v.)* In Gassyorowo *Zdun* in orto tres grossos dedit de Rampcowo.

2276. Iohannes *Marzecz* tres grossos dedit palatino et cancellario; recepi etc.

2277. Bronisch advocatus in Lubomino $^1/_2$ sexagenam gr. dedit.

2278. Petrus de Kandzerzauicze solvit.

226. [5]) **Ad terminos generales suspensa est causa inferius scripta ex mandato domini ducis. A. d. millesimo quadringentesimo tricesimo sexto acta sunt in Nouemyasto dominico die proximo post festum Sanctorum omnium.** *(1436, 4 nov.).*

2279. Serenissimus princeps dominus et dominus Boleslaus dei gracia dux Mazouie etc. [6]) inter strenuos *Stromilonem* ab una et *Rogalyam* de Sokolowo ab altera partibus terminum ad generales terminos prorogavit in causa vertente inter eosdem, et quia *Stromylo* coram domino [7]) duce terminum acceptavit contra prefatum *Rogalyam* et idem *Rogalya* nec per se, aut [8]) per procuratorem terminum acceptavit, etc.

227. [3]) *(f. 210 v.)* **<Actum in Zacroczim sabbato in Zacroczim die s. Egidii 1436>.** *(1436, 1 sept.).*

[1]) ducem *d.* [2]) procurator *d.* [3]) p *d.* [4]) 3-us *d.* [5]) *zapiska poniższa, zajmująca przeszło* $^3/_4$ *strony wpisana została tą samą, co i poprzednie, ręką, lecz w dwa miesiące później widocznie na pozostawionem wolnem miejscu. Słowa:* Ad terminos generales suspensa *pisane są pismem wydłużonym. Następna strona f. 210 recto w całości niezapisana.* [6]) in causa vertente *d.* [7]) p *d.* [8]) per prore *d.*

2280. Ex decreto preclari principis domini ducis Boleslai etc. et dominorum sibi tunc colateralium nobiles Iohannes in Wyrzbowyecz et Gethca in Smarszewo aquam in piscinis ipsorum retinere debent duabus septimanis ante festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste proximum ita, quod molendina ipsorum bene possent molare, et Gethca prenominatus subcamerarius et preconem tunc adducere debet ad conspiciendum aquam circa molendina ipsorum.

2281. Terminus assignatus. Inter nobiles Wyernkonem dapiferum vischegradiensem ab una et Albertum de Pyenczino terminus pendet asignatus ad dominum principem secunda die post primum ipsius domini ducis felicis in Zacroczim ingressum etc. in causis ipsorum singulis.

228.* Termini in Nowyemiasto feria quinta proxima ante Nativitatem beate virginis Marie coram Silamo iudice et Martino subiudice a. d. quo supra. *(1436, 6 sept.).*

2282. Nos Martinus subiudex et tenutarius zacroczimiensis vigore preclari principis domini ducis Boleslai etc. inter Stanislaum de Kansche et fratres ipsius omnes ab una et Nicolaum [1]) advocatum de Ganssyorowo et fratres coadiutoresque suos *(f. 211.)* omnes centum sexagenas gr. communium vadimonii inponimus et presentibus vallamus.

2283. Ianusch de Kansche penam s. m. contra Thomam de Ganssyorowo et sibi XV grossos <in duabus> [2]) septimanis [3]) domumque et [4]) sepes eciam ad duas septimanas reformare sub pena L pro agricola, totum ius debet adimplere.

2284. Paulus de Nossylsko contra Albertum quondam familiarem suum s. m. et sibi XL-ta grossos solvere debet in duabus septimanis sub pena L.

2285. Nobilis Sthanik de Lachani subiugavit se septuaginta cum duobus grossis communis monete nobili Petro de Slunyczewo super festum Nativitatis domini nostri Iesu Christi proximum plene solvere sub dampno equali, tamen cum paratis pecuniis.

2286. Coram iudicio nobiles Iohannes cum Clemente fratres ad invicem germani de Lossowo recognoverunt, quia ducentas cum viginti et septem sexagenas gr. communis monete super predicta hereditate [5]) Lossowo obligatorie habuerunt, et hoc distinctim Iohannes centum cum XVII [6]) sexagenas habet et Clemens centum cum decem sexagenis gr. habet.

2287. *(f. 211 v.)* Testes, quos d. Michal de [7]) Myeschky contra Iunosium de Smogorzewo etc.: primus Stanislaus de Mazowo, 2-us Martinus de Clucowo, 3-us Albertus de ibidem, 4-us Vitus in ibidem, 5-us Philipus de Golambye, sicut bene sciunt. Rotha <ad superiores testes. Rotha: *„Oktore czossni namya Iunoscha szalowal, thom ya czossal ygagyl wsswem, adotego Pyotrassch nyczss nyemyal“*> [8]).

2288. Nobilis Petrus de Mazowo ex sentencia iudicii tamquam fideiussor pro kmetone strenuo Paulo de Nossylsko [9]) de $^1/_2$ manso centum grossos cum grosso, domum et [10]) sepes ad aduas *(s.)* septimanas debet adimplere [11]) sub L, alodium super festum sancti Michaelis facere duas *(s.)*, ad festum Nativitatis domini laborare totum sub L totumque ius de $^1/_2$ manso adimplere.

---

[1]) de *d.* [2]) *zam* in sex. [3]) et *d.* [4]) penas *d.* [5]) L *a.* [6]) *zam. wykreślonych różnież* XVII. [7]) M *d.* [8]) *rota niniejsza w księdze wpisana jest pod notą № 2288.* [9]) S *d* [10]) pen *d.* [11]) sl *d.*

2289. Nobilis Bronisch de Swyeschewo t. et subiugavit se nobili domino Thome de Godacze quatuordecim sexagenas cum media communis monete solvere et hoc distinctim: sex sexagenas gr. super festum sancti *(f. 212.)* Martini propius instans sub dampno eqali *(s.)* et octo sexagenas cum media ad festum Nativitatis domini proximum eciam sub dampno tali, quantum se extendit capitalis summa; et hoc tam pecuniis cum paratis, pecuniam capitalem et cum dampno simul paratis.

2290. Andreas de Wirziky d. testes contra Bronisium in *(s.)* ibidem: primus Vitus de Clukowo, 2-us Myronyeg de Golambye, 3-us Bogumyl de Modzele, 4-us Martinus de ibidem, 5-us *Smyara* de Godacze. Rotha: *„Oktorą rolya namyą Bronisch szalowal, tam ya oral sgego uolyą“.*

2291. Bronisch de Virziky d. testes contra Petrum: primus Falk de Modzele [1]), 2-us Iaschek de Ganssyorowo, 3-us Nicolaus de Stpycze, 4-us Iásczoldus *Slyassa,* 5-us Andreas preconis filius. Rotha: *„Iakom ya nyegonyl Pyotra nadobrowyolne drodze samotrzecz ssylą“.*

2292. Ian de Kansche contra Stachnam II s. m., et sibi medietatem sexagene gr. in sex septimanis et omnium frumentorum medietatem *(f. 212 v.)* dare sibi debet in sex septimanis sub L iudicio.

2293. Martinus de Slunyczewo eciam s. m.

2294. Tworkowicz de Chmyelewo s. m.

2295. Iacussius de Zalyessye s. m.

2296. Nicolaus de ibidem contra Thomam *Kansche* s. m.

229*. Termini zacroczimienses sabbato in octava Nativitatis virginis gloriose sub a. Nativitatis, quo supra coram Martino subiudice et aliis officialibus tunc presidentibus etc. *(1436, 15 sept.).*

2297. *Byenyanda* de Czeczotky contra Nicolaum in ibidem L.

2298. Nobiles Wlosth cum Nicolao filio suo de Woyni Iachne filie ipsius Nicolai XV sexagenas gr. communium), octo sexagenas cum paratis pecuniis et septem sexagenas cum peccoribus bonis ab annis procreacionis ipsius Iachne in septem annis ponere debent, et tunc <predicti [2]) Wlost et Nicolaus> cum avunculo ipsius Iachne, censum ab [i]psis pecuniis facere debent ita, quod, quicumque ab ipsis pecuniis marcarum censum ipsi Iachne dederit annuatim, peccunias predictas circa se reservabit.

2299. *(f. 213.)* Trampsky s. m. contra Vincencium *Zaluskam.*

2300. Idem contra Iohannem de Croczewo s. m.

2301. *Byenada* de Czeczotky s. m.

2302. Drampsky solvere debet decem grossos Iohanni de Croczewo in sex septimanis.

230. Termini in Nowemyasto feria quinta in vigilia sancti Mathie apostoli et ewangeliste a. d. quo supra coram Silamo iudice et Martino subiudice et aliis officialibus. *(1436, 20 sept.).*

2303. Bronisch de Wirziky contra Andream in ibidem L.

2304. Michal de Myeschky marcam medialem contra Iunosium de Smogorzewo t.

2305. Pyechna de Borze contra Helenam d. testes: primus Paulus de Obidzino, 2-us Wlost ibidem, Michal de Smirdzigrochi, 4-us Mroczek ibidem, 5-us

[1]) 4 *d.* [2]) se *d.* [3]) *sam.* cum predictis.

Climek in Oldaky, 6-us Mscislaus ibidem. *„Oktore rzeczi szalowala Helena na Pyechna, thich ona <gye> nyepocradla“.*

2306. *(f. 213 v.)* [1]) Nobilis Wyernko dapifer wischegradiensis caucionavit quatuor sexagenas gr. communium prouido *Chomąthoni* opidano in Nowemya sto in sex septimanis solvere sub dampno equali, quantum se extendit capitalis pecunie summa tamen pecuniis cum paratis, et hic in iudicio ipse Wyernko pro ipsis pecuniis respondere se subiugavit.

2307. Discretus Vitus plleybanus in Scolatowo recognovit palam, quia nobilis Olbricus frater ipsius [2]) patruelis de Swircze [3]) obligacionem, quam a patre ipsius Olbrici tenuit, eandem ab ipso Vito exemit et eliberavit, et sibi pro ipsa obligacione satisfecit.

2308. Strenuus dominus Stiborius de Colozampy recognovit palam, quia nobilis Wyernko tribunus vischegradiensis patruus suus undecim sexagenas gr. communium de pecuniis, quas domino Stanislao vicethezaurario t., iam exsolvit.

2309. *(f. 214.)* Dominicus de Borze d. testes contra Helenam de Mirzinyecz: primus Albertus de Smirdzigrochi, 2-us Przeslaw ibidem, 3-us Marczin ibidem, 4-us Olbricus ibidem, 5-us Stanislaus de Szaromino. Rotha: *„Oktorego wiszla namyą Helena szalowala, tegom ya nyezabyl ssylą“.*

2310. Idem d. testes contra eandem: primus *Krol* in Oldaky, 2-us *Landa (s.)* in Kąsche, 3-us Iohannes ibidem, Petrus ibidem, 5-us Paulus in Sulnycowo. Rotha: *„Iacom ya nyevidarl w Elyenyne* [4]) *lessye chmyelu samow tor ssylą“.*

2311. Idem Dominicus contra eandem d. testes: primus Maczey *Rzebro,* 2-us Nicolaus ibidem, 3-us Iacusius in ibidem Vlostonis, 4-us Nicolaus Falanczicz ibidem, 5-us Mathias in Ossyek Iohannis. Rotha: *„Iacom ya nyegonyl Heleni nadobrowolne drodze samotrzecz ssylą“.*

2312. Laurencius de Pantky d. testes contra Adam: primus Stanislaus de Gnathi, 2-us Iacub de ibidem, 3-us Stepan in ibidem, 4-us Martinus in Clucowo, 5-us Vitus de ibidem. Rotha: *„Oktori ssath namyą Adam szalowal, do tego Mycolay nyemyal myczss (s.), bo ssya mnye dzalem dostal“.*

2313. Idem contra eundem d. testes: primus Boguslaus in Gnathi, 2-us Nicolaus ibidem, 3-us Wlodek ibidem, 4-us Bronisch Iasconis de Virziky, 5-us Iacusius de Gnathi. Rotha: *„Oktora lanka namyą Adam szalowal, tha nyegyest wgego dzele, ale wmem ssnim (?)“.*

2314. *(f. 214 v.)* Iasczoldus de Virziky d. testes contra Iohannem presbiterum: primus Nyemyerza in Swirzcze, 2-us Stiborius ibidem, 3-us Vitus in Clucowo, 4-us Marczin ibidem, 5-us Vitus [5]) in Borze, Michal ibidem. *„Oktore pyeniądze Ian na Gesczolta szalowal, thich mu on nyewcratl“.*

2315. Paulus de Gawlowo d. testes contra Andream de Popyelszino: primus Troyan in Virziky, 2-us Sdzeschek in Godacze, 3-us *Smyara* ibidem, 4-us Andrzey in Rostky, 5-us Petrus in ibidem. *„Iacom ya nyebyl Andrzeya samoczwarth sylą, any pomocznylem (s.) bil“.*

---

[1]) *u góry karty wpisane i przekreślone:* dare sibi debet in sex septimanis sub L iudicio. *Jes tto końcowe zdanie zapiski № 2292 powtórzone tutaj przez przerzucenie dwóch kart przy wpisywaniu tej noty.* [2]) de *d.* [3]) porcionem *d.* [4]) w *księdze* welyenyne. [5]) Rosboy *d.*

2316. Nota ex decreto iudicii. Nicolaus de Swircze tamquam fideiussor lapidem molarem molendini paratum bene domine de[1]) Sczavino dare debet in duabus septimanis sub L iudicio.

230.* Termini in Nowyemyasto feria quinta ipso die sancti Francisci a. d. M-o etc. coram iudice et subiudice et aliis officialibus. *(1436, 4 oct.).*

2317. Pyechna de Borze contra Helenam dux *(s.)* s. m.

2318. Idem Pyechna contra eandem luit penam furticinii in sex septimanis solvere debet sub L.

2319. *(f. 215.)* Andrzey in Popyelszino contra Andream in Sczipyerno s. m.

2320. Iurat Gunolth metsecundus contra Wyernkonem. Testes[2]). Rotha: *„Czsso namyą szalowal Wyernek o kaptur y o dwye czapcze, tho mnye dal dzecan* <Nicolaus in Clucowo *zamoyą sluszbą*>".

2321. Ex sentencia dominorum nobilis Iohannes Gorsky quindecim grossos communis monete pro kmethone ortulano nobili Iacussio de Pyesczirogy solvere debet in duabus septimanis sub L.

2322. Comisio accionis. Strenuus dominus Paulus de Nosylsko nobili Iohanni de Stipycze preconi in omnibus suis causis motis et movendis, quascunque habuerunt, contra omnes et singulas personas, cuiuscunque status fuerint, agendi, respondendi omnimodam totalemque comisit potestatem.

2323. Nicolaus Rostek contra Vitum de Clucowo s. m.

2324. Iohannes *Kozel* in Brodlino subiugavit se solvere unam sexagenam cum media gr. communium nobili Mathie de Wassowo, super festum Pascatis propius instans, plene sub dampno equali, quantum se extendit capitalis pecunie summa tamen in paratis.

2325. *(f. 215 v.)* Iohannes de Zalessye contra iudicium s. m.

2326. *Zaloga* de Slunyczewo contra iudicium s. m.

2327. Iohannes de Zalessye d. testes contra Nicolaum de Kasche: primus *Krol* de Oldaky, 2-us Climek in ibidem, 3-us Mscislaus *Oldak,* 4-us Mathias in Rzebri, 5-us Wyelk in Swircze. Rotha: *„Iacom ya Mycolayowa konya napolu gwaltem nyepoyąl*[3]) *y nyepusczil doswich kobil"*.

2328. Prout Dobek de Kąsche filius Franconis Simonem, Stanislaum et cum ipsorum propinquioribus pro <quadam parte> hereditatis predicta[4]) Kansche ad nostram evocavit presenciam, circa quam[5]) partem hereditatis ibidem in Kansche ipse Siman, Stanislaus et eorum propinquioribus *(s.)* se perpetuis temporibus relinquerunt amicabili concordia[6]), et Dobek predictus ipsam porcionem hereditatis perpetuis temporibus amisit et pro suis propinquioribus caucionavit et vadimonia *(f. 216.)* LX-ta sex gr. quotcunque parcium predictarum irritaverit.

2329. Nobilis Woyslaus in Pyanowo coram domino Sylamo iudice et precone de ipsius libera voluntate totam suam aream et cum edificiis omnibus et cum una tractura antifquaj a graniciebus Kandze|rzawskich[7]) in longitudinem septem stadiorum cum singulis utilitatibus, ortis ad predictam aream pertinentibus nobili Iohanni in Pyanowo[8]) dedit, donavit et perpetuis temporibus resignavit; in

---

[1]) de *d.* [2]) Ex sentencia dominorum *d.* [3]) y posczi *d.* [4]) h *d.* [5]) partem h q *d.* [6]) sub vadimonio *d.* [7]) in lo *d.* [8]) perpetuis *d.*

cuius recompensam ipse Iohannes Voyslaum patruum suum ad tempora vite sue regere debet[1]), aspicere et protegere.

231. **Termini czechonovienses sabbato proximo post festum sancti Michaelis archangeli domini sub anno eiusdem M-o etc. XXXVI-to coram domino Zemak iudice et aliis officialibus iudicii etc.** *(1436, 6 oct.).*

2330. Stanislaus de Squari triplex s. m. contra Stanislaum, Mathiam et Vitum de ibidem et ipsis in proximo adventu domini ducis abrenuncciacionem facere debet pro Margaretha uxore sua sub pena L, quia abrenunciare se debet ab omnibus bonis, ad quecunque ius habuerit, et ab hiis, que[2]) cadere quoquomodo super ipsam deberent.

2331. *(f. 216 v.)* Prout dominus Stiborius testes inducere debet contra Iohanem de Mloczsko pro decem et septem sexagenis mediorum gr., quas pro ipso[3]) fideiusserat et non induxit, et ob hoc in duabus septimanis sub pena L sibi solvere[4]) sentenciavimus.

2332. Iohannes de Vilkowye s. m. contra dominum *Prvszin* et sibi decem sexagenas in sex septimanis sub pena L solvere debet.

2333. Strenuus dominus Stiborius de Colozampy coram nobis personaliter constitutus in iudicio obligavit se solvere tres sexagenas cum X grossis monete communis super festum sancti Martini confessoris domini proxime venturum nobili Petro de Ierluti, quod si non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit, et hoc circa librum se obligavit respondere post primam citacionem nullis rebus terminum prorogando neque infirmitate, sed hic peccuniam dirigere in festo predicto debet, si occupatus fuerit aliquibus negociis[5]); et idem Petrus Iarluczski pro domino Stiborio fideiussit Sdzeslao de Kurzanthkowo easdem tres sexagenas cum X grossis super festum sancti Martini predicti sub totidem dampni.

2334. Dominus Martinus <de Ieszevo> subiudex et procurator zacroczimiensis ex mandato domini composuit[6]) mansum terre hereditatis in Sobanice per undecim sexagenas, quia dominus Allexander domine Anne uxori *Borschinei* quemlibet mansum per undecim sexagenas <solvere debet> <per sex septimanas transire vias debet>, et predicta Anna in tribus septimanis a die composicionis dicti domini Martini subiudicis geometrum ad dimensurandum adducere debet et solamet sibi solvere, et debet tamdiu residere ibidem, donec sibi Allexander peccuniam dabit, et nullum dampnum ibidem facere in gaiis neque vendere tam sua pro necessitate exponendo et a die solucionis terre.

2335. Anna *Borschina* de Sobanice L contra Allexandrum de ibidem, quia equum noluit dare ad fideiussorem.

2336. *Borscha* d. unum testem contra Iohannem kmethonem: Stanislaus de Gnyevyevice. Rotha: *„Okthore pyenyadze Ian nanya zalowal, thich ia onemv nyevinovath“*. Testis: *„Iako ya tho vyem, okthore pyenyadze Ian (f. 216 bis.) na Borscha zaloval, thich on gemu nye vinovath“*.

2337. Idem d. testes contra kmethonem[7]) de Sobanice: Martinus de Rczeschevo, Ian de Vilamovice, Andrzei de ibidem, Paschek de Cibulice, Andrzei de ibi-

[1]) et p *d.* [2]) cadere *d.* [3]) ea *d.* [4]) ad *d.* [5]) et *d.* [6]) terram *d.* [7]) *sam.* Allexandrum

dem. Rotha: *„Okthore pyenyadze P<y>otr namya zalowal, zathim ia onemv doszicz vczinił.* Testes: *„Iako ya tho vyem"*.

2338. Pauel kmetho de Sobanice d. testes contra *Borscham* de ibidem: Petrus de ibidem, Iacus de ibidem, Staschek de ibidem, Adam de ibidem, Marek de ibidem. Rotha: *„Iakom ya otha crziwda od Borsche wstal, esze mya wczas nyevszedlił"*. Testes. *„Iako ya tho vyem"*.

2339. Pelka de Skarzono d. testes contra Stanislaum opidanum de Plonyska: Dzirszek de Cząpkowo, Przedvoi, Ian de Przibórouice, Czeslaw de ibidem [1]), Virzchoslaus de Squari, Ian Vischkovicz. Rotha: *„Iako ya tho vyem, esze Pelka nyevcrath Stanislavovi* [2]) *quonye (s.)"*.

2340. Idem d. testes contra Laurencium de Plonyska: Falk de Szecluki, Sandzivoy de ibidem, Ian de Vilamouice, Andrzei de ibidem, Ian de Kurzanthkovo, Mirzon de Brodi. Rotha: *„Iako ya tho vyem, esze Pelka Vawrziniczevi quonye (s.) nyevcratł"*.

2341. *Squara* canonicus LL contra pueros Nicolai ob non complecione concordie, ut in libro scriptum est.

232.* *(f. 216 (s. c.))* **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum sancte Hedwys sub a. d. M-o etc. tricesimo VI-to coram domino Silamo iudice et aliis officialibus etc.** *(1436, 13 oct.).*

2342. Otha de Slothopolice s. m. contra Dobeslaum opidanum de Zacroczim.

2343. Falk de Nyepyecli s. m. contra Vischon de Zaluski.

2344. Stanislaus Trampski ex decreto iuris in [3]) sex septimanis debet docere Vincencium de Zaluski cum notario Andrea. Rotha: *„Okthore pyenyadze Vyanczeuycz namya zaloval, zathi onemv doszicz vczynyono"*. Testes: *„Iako ya tho vyem"*.

233.* **Termini in Nowemyasto feria quinta ipso die** [4]) **sancti** [5]) **Luce ewangeliste sub anno domini M-o etc. coram Silamo iudice et Martino subiudice etc.** *(1436, 18 oct.).*

2345. *Dzanczol* in Pnyewo contra Iohannem de Pyyanowo *(s.)* s. m.

2346. Boguslaus de Scepancowo contra *Dzyw* s. m.

2347. *Dzyw* de Scepancowo [6]) marcam memorialem in duabus septimanis.

2348. Albertus *Dziw* iure acoquisiuit *(s.)* medietatem porcionis hereditatis in Scepancowo metsuper Boguslao fratre suo ibidem in Scepancowo, quam super *Rzebrone* ipse Bogusius *(f. 217.)* iure acquisierat, lucratus est iudicialiter post quandam [7]) amitam, et debent ad duas septimanas dimensurare et dividere ex utraque parte sub L et ambo dare debent *dzelme (s.),* et preco premissa habet in caussis. <Non est deletum> [8]).

2349. Domini sedentes pro tribunali nobili Laurencio de Panthky pomerium et pratum, pro quibus testes duplices [9]) induxit contra Adam de Kowalevicze, adiudicaverunt contra ipsum Adam ita, quod ipsum Laurencium pro predictis pomerio et prato Adam inquietare non debebit.

---

[1]) Ian Visch *d.* [2]) ko *a.* [3]) ses *d.* [4]) pa *d.* [5]) Thome *d.* [6]) contra *d.* [7]) *zamazane* amitam. [8]) *cała zapiska jest wykreślona, jednak u dołu karty 216 v. po słowie* Bogusius *pisarz zrobił powyższy w tekście dopisek.* [9]) co *d.*

2350. Stiborius de Gawlowo contra N. de Rostky duplex s. m., et idem Stiborius ipsi N. quinque sexagenas gr. pro penis furticinii, mediam sexagenam gr. pro bowe solvere debet in sex septimanis sub L iudicio.

234. **Termini czechonovienses sabbato in vigilia Undecim milia uirginum sanctarum de a. d. M-o etc. XXX-o VI-to coram Floriano de Sdunovo et Allexandro de Grampczewo et aliis.** *(1436, 20 oct.)*

2351. Pueri domini *Craczin* s. m. contra Kyethkam de Sarbyevo et sibi duas sexagenas cum [1]) X grossis in duabus septimanis et currum pro media sexagena sub pena L solvere debet, et predictam peccuniam et currum Przeczslaus potens erit levare, sicut solus Gyethka.

2352. *(f. 217 v.)* Nobilis Iachna de Czeczorki coram nobis in iudicio personaliter constituta resignavit suam procuraciam nobili Iohanni de ibidem contra leviros suos alias *przeciwko dzevyerzom* et contra omnes personas pro omnibus causis tam magnis, quam parvis ita, quod potens erit facere, sicut ipsa domina, si talibus personaliter interesset.

2353. Margaretha nobilis d. testes contra dominum [2]) Gyethkam: Iohannes de Vilamovice, Micolai de Coriczisska. Rotha: *„Iako Gyethka nyeranczil <za Micolai> zaczevi* [3]) *cztirzech kop przesdzeszanczi groschi“*. Hos testes ad dominum iudicem prorogamus, quia in nostra sentencia cavimus duos testes: *„Iako iath(s.) zyem“*.

2354. *Borscha* de Sobanice s. m. contra kmethonem Iohannem de ibidem et sibi sexagenam cum X grossis in sex [4]) septimanis sub pena L solvere debet.

2355. Nobilis Iohannes de Sarbyewo coram nobis personaliter constitutus recognovit [5]) et expressit se, quia non debet peccuniam maternalem videlicet <levare> decem sexagenas <partem Helene>, quas iure baccalarius aawnculus*(s.)* ipsorum aquisivit, neque istis peccuniis terminum dare et concedere, quod si levaret aut terminum evaderet, extunc vadium sex sexagenarum labetur et hoc a festo sancti Iohannis Baptiste proxime venturum non debet terminum ultimum prorogare.

2356. Nobilis Stanislaus de Squari egit super Stanislaum de Grambczevo, quia debuisti dotare alias *vyanovacz* sorori mee [6]) super terciam partem tocius tuorum bonorum iimobilium erga decem et octo sexagenas, et si michi hoc negaret, paratus sum docere istis, qui circa hoc erant, et Stanislaus respondit: „non nosco“.

2357. Iohannes de Sarbyevo s. m. contra dominam, quia super pueros egit citans dominam.

2358. [7]) Nobilis Stanislaus de Squari *Iaszona* resignavit suam procuraciam nobili Stanislao de ibidem contra Stanislaum de Grampczevo pro omnibus suis causis [8]), quascunque inter se facere debent, ita, quod potens erit facere *(f. 218.)* sicut ipsemet, si talibus personaliter interesset.

2359. Iohannes de Sarbyevo docet pueros de ibidem: primo qui interfuerunt Nyemyerze de Sloschevo, Petrus de Postrusze. Rotha: *„Okthori dlug dzeczi..“*

2360. Pueri Nicolai kmethonis de Vroblevo steterunt in ultimis sex septimanis pro penis scribendis <super canonicum *Squaram*> pro non complecione [9])

[1]) minus *d.* [2]) L *d.* [3]) *zam* za moie dzeczi. [4]) *zam.* duabus. [5]) quia *d.* [6]) quando concordavimus ipsam post tuum filium *d.* [7]) Dominus Gyeth *d.* [8]) ta *d.* [9]) p *d.*

arbitrii, ut in libro habetur superius, et nos nolentes sentenciare finem penarum ad dominum iudicem dedimus.

235. **Termini zacroczimienses feria quarta proxima ante festum sanctorum Simonis et Iude sub a. d. ut supra XXXVI-to coram domino principe Boleslao et ipsius honoratis protunc super iure circa ipsum residentibus.** *(1436, 24 oct.).*

2361. Przedborius preco zacro[c]zimiensis] coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere quadraginta grossos monete communis super festum sancti Martini proxime venturum [1]) strenuo domino Derslao vex[i]llifero zacroczimiensi in Czechonovo, si autem non solverit, extunc dampnum equale et iudicio L se solvere subiugavit.

2362. In causa vertente inter strenuum dominum Dobrogostium de Novidvor ab una et Iacobum szupparium ab altera partibus dominus [2]) dux terminum prorogavit ad primum suum felicem adventum in Zacroczim, si autem in predicto termino aliquis ipsorum non steterit, extunc per familiares aut per procuratores suos terminos sibi prorogabunt, et fin] predicta causa dominus varschoviensis domino Coszuchowski potestatem omnimodam comisit.

2363. *(f. 218 v.)* Nobilis Iakobus szupparius stetit in termino assignato per dominum ducem per suum procuratorem tota die et ad incensionem luminis, et ille non stetit neque sibi terminum prorogavit, quia ex decreto domini ducis idem dominus Sassinus litteram a rege apportare debuit super festum sancti Michaelis pro LXII tunnis salis, et apportavit.

2364. Swanthoslaus de Zarąbi L contra Iohannem.

2365. Paschek de Dambrowka stetit in termino assignato ad dominum ducem contra Cristinum de Sobanice, et Cristinum non vidimus, quia ipsum de iudeis non liberavit.

2366. Sandek de Dambrowka stetit dicens per suum procuratorem, quia habeo terminum assignatum ad dominum ducem contra Thomam de Chayanthi, et Thomam non vidimus.

2367. Ad mandata domini Martini subiudicis. Nobilis Michael de Skarzino coram [iudicio] obligavit se solvere duas sexagenas cum XX grossis monete communis super festum sancti Iohannis Baptiste proxime venturum <mediam alteram sexagenam> nobilibus Dobeslao cum Mirzon de ibidem, si autem non solverit, extunc racione [3]) dampni totidem solvere se subiugavit, et hoc pro capite Michaelis, fratris ipsorum et quinquaginta grossos super Nativitatem Christi tunc post festum predictum sancti Iohannis.

2368. It. nobilis Climyonth de ibidem predictis Dobeslao cum Mirzon [4]) obligavit sexagenam solvere in medio ieiunii proxime venturum sub equali dampno, et super festum sancti Petri apostoli domini dimidiam alteram sexagenam sub equali dampno, et super festum Nativitatis Christi a proxime venturum per spacium unius anni [5]) dimidiam alteram sexagenam sub equali dampno; omnia pro capite fratris predicti piie memorie Michaelis.

2369. *(f. 219.)* It. supramemorati Dobeslaus cum Mirzon fideiubent pacem perpetuam [6]) pro Dorothea, Swyanchna et Katherina et pro pueris ipsorum *(s.)* et

---

[1]) No *d.* [2]) *camazanc* dux. [3]) to *d.* [4]) sunt *d.* [5]) domini *d.* [6]) predicto pro capite Michaelis *d.*

pro omni persona, quidcumque ius propinquitate haberent ad prefatum caput, quia Clementem et Michaelem et ipsorum successores non debent impedire et perpetuo inquietare.

2370. Nyelaslarius *(s.)* de Dlothovo fideiussit et solvere se obligavit dimidiam alteram sexagenam pro duobus [1]) kmethonibus in duabus septimanis et postea ius terrestre adimplere domino subiudici plocensi.

236.* Termini zacroczimienses sabbato in vigilia sanctorum apostolorum Simonis et Iude sub a. d. etc. XXXVI-to coram domino subiudice etc. *(1436, 2 nov.).*

2371. Martinus de Vilamovice L contra Iacussium de Fabbogy

2372. Falantha s. m. contra Pelkam de Popyelszino et sibi mediam sexagenam iuvaminis et XX sex grossos pro bove et quinque cassulas siliginis et quindecim grossos pro *pyacznadzeszcze* in duabus septimanis sub L solvere debet.

2373. Budek de Voyni s. m. contra Iohannem de Gnyevevicze et sibi duas sexagenas [2]) solvere debet: unam ad festum Nativitatis Christi et aliam [3]) super Carnisprivium proxime venturum, quamlibet sub pena L et sub *pyaynadzeszcze* solvere debet.

2374. Nobilis Anna filia Philipi de Voyni [4]) uxor Iohannis de Gnyevevicze coram nobis personaliter constituta expressa de porcione hereditatis Wlkonis de Voini, quia sibi Nicolaus frater suus satisfecit pro eadem et de proprio patrimonio et de omnibus porcionibus hereditatis, quecunque et quomodocunque super ipsam venire, cadere deberent.

2375. *(f. 219 v.)* Dominus Martinus subiudex zacroczimiensis recognovit, quia fideiussit Swanthoslao de Ianovo decem sexagenas monete communis pro nobili Stanislao de Trampki, quasquidem X sexagenas solvere <debet> a die hodierna per tres septimanas sub equali dampno, et si aliquid dampnum dominus subiudex pro eadem [5]) peccunia perceperit, hoc dampnum erit Stanislai et non domini subiudicis.

237.* Termini in Nouemyasto feria [6]) sexta in crastino Sanctorum omnium a. d. M-o etc. XXX sexto etc. coram szuppariis. *(1436, 2 nov.).*

2376. Ian <Petri filius> de Gnathi s. m. contra Boguslaum de Ponyathi, et sibi quatuor sexagenas in duabus septimanis pro caucione sub pena L.

2377. Nobilis Iasczoldus de Virziki egit super Iohannem sacerdotem fratrem suum, quia michi subtraxisti XX sexagenas; et ille respondere nolens dixit michi: „non sum laiicus", et super Bronissium et Swanthoslaum et alios fratres exposuit [7]) pro quinquaginta sexagenis.

2378. Nobilis honestaque domina Clara de Szaromino comisit suam procuraciam nobili Iohanni [8]) de Stpice preconi in Nouemyasto contra Stanislaum de Szaromino pro omnibus suis causis.

2379. Nobilis Michael de Myeschki solvit marcam dominis *pamyantnan,* quia mansit circa silvam, pro qua Iunossius egit super eum dicens, quia michi percisisti, alias *przeczosalesz* Petri, et [9]) ego ibi post Petrum habeo et Michael docuit, quia ibi Petrus nichil habuit.

2380. Nicolaus de Zalesze d. testem *Zalogam,* qui interfuit contra Paulum de Cansche. Rotha: *„Okthore rankoiempstwo Pauel namya zalowal, zathom*

[1]) sexagenis *d* [2]) unam *d* [3]) ad *d* [4]) vox *d* [5]) pena *d* [6]) q *d* [7]) s *d* [8]) prec *d.* [9]) h *d.*

in omnes doszicz vczinil". *(f. 220.)* Testis: „*Iakom va przithem bil, okthore rankoiempstwo Pauel zaloval, zatho on gemv doszicz*[1]) *vczinil*".

2381. Michal de Svircze *nyestane* contra notarium.

2382. Ian *Dzanczol* s. m. contra Iohannem de Pyanowo ob non solucionem s. m.

2383. *Zaloga* s. m. contra dominos ob non solucionem s. m.

238. **Termini czechonovienses sabbatho proximo post festum Sanctorum omnium a. d.**[2]) **M-o etc. XXXVI-o coram Floriano et aliis.** *(1426, 3 nov.).*

2384. Nobilis Chrzithopor de Saranbino coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam unam super diem Nativitatis Christi proxime venturum nobili Swanthoslao de ibidem sub *pyancznadzeszcze* paratis peccuniis et iudicio sub pena L.

2385. Nobilis Stanislaus de Sobanice coram nobis nobis *(s.)* personaliter constitutus obligavit se solvere quinque sexagenas monete communis a festo sancti Martini confessoris domini per revolucionem duorum annorum se inmedlijate sequencium Stanislao de Corzipy soluturas et mediam sexagenam super festum sancti Sigismundi regis.

2386. Vitus de Vilkowye s. m. contra Pruszin et sibi quindecim grossos in duabus septimanis et gazam in sex sub pena L.

2387. Ian de Postrusze s. m. contra Clementem de Brodi et sibi mediam sexagenam in duabus septimanis allodiumque reparare, si tamquam fuerit ante gelacionem terre.

2388. *(f. 220 v.)* Providus Stephanus opidanus de Nouomyasto coram nobis personaliter constitutus resignavit suam procuraciam nobili Hocze de Maloclaki contra nobilem Iohannem de Sarbyevo pro omnibus ipsius causis tam magnis, quam parvis potentem ipsum fecit, sicut semet ipsum, si talibus interresset.

2389. Nobilis domina Margaretha de Sarbyewo coram nobis in iudicio personaliter constituta resignavit et constituit in suum procuratorem in omnibus suis[3]) causis contra quascumque personas et gubernatorem suorum omnium bonorum tam mobilium, quam iimmobilium, promittens ratum, gratum firmumque tenere, quidcumque per ipsum factum, dispositum et ordinatum fuerit.

2390. Nobilis Iohannes Vischkouicz de Squari coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam terciam sexagenam in novis solidarnis *(s.)* nobili Luce de Skarzino[4]): sexagenam super festum sancti Bartholomei, sicut tunc taxam habebunt et cursum habebunt, et mediam secundam <sine tribus grossis> super festum sancti Michaelis proxime venturum, et super quemlibet terminorum sub pena L et *pyancznadzeszcze* paratis peccuniis.

2391. Iohannes de Sarbyewo coram nobis in iudicio stans dixit, quia terminum habeo cum kmethone Stephano et eius uxore, quia me citantes neque soli termino non paruerunt, et Stephanum cum uxore non vidimus.

2392. Dominus Stiborius de Colozampy coram iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere mediam sexagenam die crastina nobili *Corzipii (s.)* de Smolska finem penarum preconis <sub pena L> et *pyancznadzeszcze,* et hic in Zacroczim sibi se obligavit respondere circa librum[5]).

[1]) vert *d.* [2]) etc *d.* [3]) s *a.* [4]) super se mediam *d.* [5]) *brak f. 221.*

2393. *(f. 222.)* Dominus Stiborius de Colozampy litteram portavit et in iudicio presentavit a domino Sandkone subcamerario et Velislao subiudice czechonoviensibus, quia eis satisfecit pro penis, pro quibus Przeczslaum intercessit, et Santhor in iudicio recognovit, quia eciam domino vexillifero pro eisdem satisfecit.

239. Termini zacroczimienses celebrati sabbatho in vigilia sancti Martini confessoris gloriosi coram domino Martino subiudice et procuratore zacroczimiensi et Zemakone sub anno.. *(1436, 10 nov.).*

2394. Welislaus de Czeczothki d. testes contra Daczbogium et Sdzeskonem de Czosnowo pro graniciebus: primus testis Andreas de Czibulicze, Sthognew de ibidem, Petrus de Gnewyeuicze, Paszek do Strobini, *Benoda* de Czeczothky. *„Kodim szethl, tandigest nasze czeczo<th>szke nalewo“. „Iako ya tho wem, kandi Welislaw szethl, tandi gest czeczothszke nalewo“*; et terminum habent ducendi testes a feria secunda proxima ventura in duabus septimanis.

2395[1]). Nobilis dominus *Donyn* heres de Manczino coram nobis in iudicio recognovit, quomodo hereditatem suam Karnkowo dictam in districtu zacroczimiensi iacentem a nobili Iohanni[2]) heredi de *(f. 222 v.)* de*(s.)* Slepewroni in quadraginta sexagenis monete communis obligavit cum omni iure suo[3]) per quatuor annos tenendam, elapsis vero dictis quatuor annis, si dominus *Donyn* in quatuor annis dictam hereditatem non exemerit, extunc prefatus Iolhannes[4]) a festo Nativitatis Christi usque ad aliud festum eiusdem tenere debet tamdiu, quousque sibi prefatas quadraginta sexagenas: viginti sexagenas in mediis grossis, alias viginti sexagenas [in] communi moneta debet exsolvere, hoc eciam expresso, quod prefatus Iolhannes[4]) dicto *Donyn* medietatem censuum racione perceptorum super quodlibet festum beati Martini in eadem hereditate proventorum dare debet, vel tunc circa exemcionem defalcare *wyrachovacz;* et eciam dominus *Donyn* in mericis communibus potest rubeta excidere pro necessitate aggeris et pro edificio in Manczino; eciam prefatus *Donyn* potest excidere palos in silva vel gaiis dicte hereditatis tantum pro propriis sepibus; it. prefatus *Donyn* fideiussit pro matre, pro fratre et sorore germanis, quod[5]) non debent dictum Iolhannem[6]) inquietare in prefata tenuta infra quatuor annos; eciam fideiussit prefatus dominus *Donyn* dicto Iolhanni[6]) Iohanni *(s.)*[7]), quod nunquam debet de perceptis inpedire nec aliquis germanorum suorum[8]) <et> circa exemcionem, si opus fuerit, debet eis litteram domini ducis dare, ipsos de perceptis quitando.

2396. *(f. 223.)* Nobilis Nicolaus de Slepewroni obligavit se dare nobili domino *Donyn* triginta sexagenas cum tribus sexagenis monete communis feria quinta proxime ventura fide bona hic in Zacroczim.

2397. Coram nobis eciam Laszcz de Dlothowo constitutus recognovit, quomodo nobilis *Donyn* t. sibi septem sexagenas monete communis super festum Nativitatis Christi proxime venturum[10]), in quibus tenet hereditatem suam dictam Karnkowo, quosquidem septem sexagenas nobilis Nicolaus de Slepewroni obligavit se solvere pro

[1]) Dominus Donyn de Manczino re[illegible]gnovit *d.* [2]) *inną ręką napisane u dołu zamiast* Nicolao. [3]) nichil in eadem hed *d.* [4]) *u góry wpisane* Io *tą samą ręką, co poprzednia poprawka, zamiast wykreślonego* Nicolaus. [5]) mu *d.* [6]) *zam.* Nicolaum. [7]) *zam.* Nicolao. [8]) et fratri suo *d.* [9]) nec *d.* [10]) q *d.*

nobili domino *Donyn*, et prefatus Laszcz receptis dictis septem sexagenis debet cedere et dare possesionem Nicolao in villam dictam Karnkowo super festum Nativitatis Christi proxime venturum et de regestro deplanare.

240. Termini in Nouemyasto feria quinta infra octavas sancti Martini confessoris domini a. Nativitatis Christi M-o etc. XXXVI-to coram dominis Silamo iudice necnon Martino subiudice etc. *(1436, 15 nov.).*

2398. *Saloga* de Sarbyewo s. m. contra dominam de Sarbyewo sibi totum ius de thaberna adimplere in duabus septimanis sub pena L, quia sine..

2399.[1] Boguslaus de Sczepankowo L cotra *Dziph* de ibidem.

2400. *(f. 223 v.)*[2] Katherina de Rzebri d. testes contra Mathiam de ibidem: *Lada* de Crayanczino, Ian, Pyotr filii ipsius de ibidem, Laurencius Clementis de Kansche[3], Mroczek de Rzebri. Rotha: *„Iakom ya nye <vczinila>*[4] *gwalthv w Maczeiowem*[5] *sole, anim obruszcza wzanla"*. Testes: *„Iako ia tho wyem, esze Cathuscha nyevczinila gwalthu w Maczeiowem*[5] *sole, ani obruszcza wząla"*.

2401. Nobilis Falislaus de Gorki coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere duas sexagenas minus decem grossis super festum Penthecosten proxime venturum nobili *Ponyath* de Ponyathi, si autem non solverit, extunc racione dampni totidem se solvere obligavit bona fide.

2402. Laurencius de Panthki s. m. contra Adam de Cowaleuice.

2403. Thomas de Zauisti d. testes contra dominum Iohannem de Stregoczino.

2404. Martinus de Clucowo, Micolai de ibidem, Sdzeslaus de ibidem, Nyemyerze de Szvircze, Iescholdus. Rotha: *„Iakom ia Iana nyesbil, ani gemv bidla oábil"*. Testes: *„Iako ia tho wyem, esze Thomek Iana nyeszbil ani.."*.

241.* Termini in Nouemyasto feria sexta proxima ante festum sancte Elizabet *(f. 224.)* **coram domino duce et eius honoratis a. d. ut supra.** *(1436, 16 nov.).*

2405. Dzetrzich de Szvirzkowo d. testes contra Mathiam de Siroczecz: Andrzei de Rostki, Szdzeslaus de[6] Godacze. Rotha: *„Okthori dubas namya Maczei zalowal, tegom ya vnyego nyewiposziczal"*.

2406. Idem Dzetrzich s. m. contra eundem Mathiam de Siroczecz et sibi mediam sexagenam in sex septimanis sub pena L solvere debet.

2407. Ex sentencia dominorum dominus Paulus de Noszitlsko debet solvere IIII-or sexagenas Alberto de Pyeciska in duabus septimanis sub pena L, et idem Albertus domino Paulo debet reddere litteram super advocaciam in Noszitlsko circa recepcionem peccuniarum pena sub eadem.

2408. Nobilis Paulus Oszrzonowski fideiussit statuere Albertum in Pyeciska contra dominum Paulum de Noszitlsko, quia idem Albertus debet in iudicio banito respondere predicto domino Paulo in duabus septimanis post Nativitatem Christi proxime venturum eadem die, qua erit festum Nativitatis.

2409. Albertus Laurencii filius de Panthki II s. m. contra dominum Adam de Coualeuice et penam furti et sibi quinque sexagenas in sex septimanis sub pena L pro equo solvere debet.

[1]) B *d.* [2]) *inną ręką i innym atramentem wyraz zamazany* de Slepewroni, *na tym zaś ręką i atramentem dalszej zapiski niedokończona litera* K. [3]) *zam.* de ibidem. [4]) *zam. wykreślonego* ucz. [5]) *w ręk.op.* wmaczeiowem [6]) S *d.*

2410. *(f. 224 v.)* [1]) Strenuus dominus *Rogalya* vexillifer vischegradiensis ab una et dominus *Stromilo* per suum procuratorem Nadmirum de Lowczevo prorogaverunt sibi terminos ad concordiam in crastina die post Novum annum proxime venturum hic in Nouemyasto pro causis ipsorum, et si alique *(s.)* pars ex ipsis tunc temporis ardua necessitatej preventa fuerit, tunc ecciam alia pars partem absentem non debet dampnificare.

2411. Micolai de Gawlowo LLLL contra Andream de Popyelszino et sibi IIII-or *pyacznadzeszcze* solvere debet.

2412. Nicolaus de Gawlowo d. testes contra Andream de Popyelszino: Bronisch de Virziki, Troiamus *(s.)* de ibidem, Andrzei de Rostki, Pyotr de ibidem, Vischon de Virziki [2]). *„Iakom ya nyesbil Andrzeioui dzewki naiego boru samoczpharth szila“*. Testes. *„Iako ya tho vyem, esze Micolai uyesbil Ondrzeioui dzewki na iego boru samoczpharth szilan“*.

2413. Nobilis Nicolaus *Oblank* terminum prorogavit domino Stiborio de Colozampy contra Thomam cum fratribus de Gumowo; cui Oblank dominum Stiborium in Czechonowo tercia die post ingressum domini ducis statuere fecimus.

2414. Ex decreto dominorum nobilis Dzetrzichj de Svirzkovo in duabus septimanis debet in iudicio litteram ponere peccunialem contra Iakobum de Crosczice.

242. *(f. 225)* **Termini czechonovienses sabbato in vigilia beate Elizabet a. d. M-o etc. XXXVI-to coram Floriano de Sdunowo et Allexandro de Grambczewo etc.** *(1436, 17 nov.).*

2415. Micolai Gamlethouicz *(s.)* de Pilchtovo s. m. contra Nicolaum de [3]) Pilchthovo et sibi mediam sexagenam in sex septimanis et censum ipsius et domini ducis [4]) in duabus septimanis sub pena L solvere.

243. **Termini zacroczimienses sabbato post octavas Nativitatis Christi a. d. M-o CCCC-o XXXVII coram domino subiudice.** *(1437, 5 ian.).* [5]).

2416. Iohannes de Voyni t. penam s. m. contra Vitum [de Szaljusky.

2417. Petrus de Nepecly t. penam s. m. contra Vitum de Szalusky [6]).

244. *(f. 225 v.)* **Termini zacroczimienses sabbato in uigilia sancte Katherine uirginis gloriose a. d. M-o etc. XXXVI-to coram dominis Silamo iudice et Martino subiudice etc.** *(1436, 24 nov.).*

2418. *Prussin* de Noskowo s. m. contra Ianuszium de Ianuschewo et sibi duplicem censum de orto et quindecim grossos iuvaminis et alios quindecim pro penis et forpices cum securi in duabus septimanis sub pena L solvere debet.

2419. Dominus Sassinus de Vichucz LLLLLLLLLLL contra Iacobum zupparium, quia iuxta decretum domini ducis non apportavit litteram regis super festum sancti Michaelis, ut superius in libro notatum est, et sibi LXII tunnas salis in [7]) decem et octo septimanis solvere debet, si ulterius dominus dux cum honoratis terminum solucioni non invenerint.

2420. Ian de Zarambi *uyestaue* contra Stanislaum de Trampki.

[1]) *inną ręką nad notą dopisane:* Sgierz. [2]) Nobilis Nico *d.* [3]) ob *d.* [4]) in ducis *d.* [5]) *data roczków zakroczymskich z dn. 5 stycznia 1437-go roku i dwie następne zapiski wpisane widocznie później inną ręką i odmiennym atramentem na dolnej połowie strony pierwotnie zostawionej przez pisarza niezapisaną.* [6]) *niżej dopisane nowszą ręką (z końca wieku XVI):* Melior est obediencia, quam victima. Lepsze v mlodego mandze, niż v starego penądze. [7]) octo *d.*

245. Termini in Nouemyasto feria quinta in vigilia sancti Andree appostoli a. d. M-o etc. XXXVI-to coram dominis Silamo iudice et Martino subiudice. *(1436, 29 nov.)*

2421. *Gnathi* de Gnathi s. m. contra Boguslaum de Ponyathi.

2422. Falcowa de Gnathi s. m. contra eundem.

2423. Strenuus dominus Paulus alias *Rogalya* de Sokolowo <una cum fratribus et sororibus domini *Stromilonis*> steterunt in termino assignato in[1]) decem et octo septimanis iuxta decretum domini ducis, ut superius *(f. 226.)* in libro notatum est, contra dominum *Stromilonem*[2]) <et *Stromilo* non stetit> et hoc per procuratorem ipsorum nomine Przeczslaum de Banschino; et nos procu[ra]tori diximus, quia dominus dux inter predictos Paul[3]) cum pueris suprascriptis et[4]) inter dominum *Stromilonem* omnes suspendit causas ad terminos generales.

2424.[5]) Nobilis Goslaus de Lampice coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere IIII-or sexagenas monete communis super Carnisprivium proxime venturum nobili[6]) Iacobo de ibidem, si autem non solverit, extunc totas ipsius porciones ibidem in Lampice[7]), quas possidet, et quecunque porciones post mortuam manum super ipsum caderent, eviterne perdet et amitet in ewm cum omnibus utilitatibus ad predictas porciones spectantibus.

2425.[8]) Nobilis Mroczek de Rzebri coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere sexagenam super Carnisprivium proxime venturum nobili Paulo de Comorowo sub dampno equali.

2426. Nobilis dominus Sandek subcamerarius czechonoviensis resignavit suam procuraciam nobili Gunoldo de Zauisti contra nobiles Andream, Vischon de Virziki et contra omnes personas pro omnibus suis causis, quia potens erit citare, agere et respondere et omnia et singula face[re], que ipsemet faceret.

2427. *Bilicza* L contra Falislaum de Modzele et sibi *pyacznadzeszcze* paratis pecuniis.

2428. *(f. 226 v.)* Strenuus dominus Paulus ex decreto iudicii reddere debet peccuniam nobilibus Daczbogio, Iohani et Martino per octo sexagenas cuilibet minus XX grossis pro hereditate Pyanowo, quam ipsis revocavit in sex septimanis sub pena L, et hoc in paratis peccuniis[9]).

2429. Dominus <Zemak> iudex czechonoviensis resignavit suam procuraciam nobili Gunoldo de Zauisti pro kmetonibus quemcunque contingerit et contra quascunque personas.

2430. Nobilis Boguslaus de Ponyathi et Nicolaus de Conari terminum ipsis prorogaverunt pro omnibus causis ipsorum alias *roszyanli* ad terminos proxime venturos post Nativitatem Christi.

2431. Boguslaus de Sczepankowo L contra *Dziph* de ibidem.

2432. Ex [decreto] iudiciali Laurencius *Panthka*[10]) litteram debet ponere hic in iudicio contra Nicolaum de ibidem in duabus septimanis[11]).

[1]) octo *d.* [2]) per *d.* [3]) et p *d.* [4]) d *d.* [5]) *n. r. dod.:* Łępicze. [6]) Ial *d.* [7]) ad *d.* [8]) *n. r. dod.:* Rzebri. [9]) *pod tem wykreślony początek noty:* Ex decreto dominorum Nicolaus de. [10]) dimensurare *d.* [11]) *niżej próba pióra ręką z 15 w.:* Nobilissimis siquidem siquidem *(s.)* natalibus ortus velut lucifer Nicolaus emicuit sanctis, qui sunt in terra eius mirificavit. *Koniec tej karty i początek następnej niezapisane.*

246.* *(f. 227.)* **Termini czechonovienses sabbato in vigilia Adventus domini a. eiusdem Nativitatis M-o etc. XXXVI-to coram dominis Zemak iudice et Martino subiudice et aliis officialibus.** *(1436, 1 dec.).*

2433. Dayboth de Vilcowye s. m. contra Ianussium de Ianuschewo et sibi $^1/_2$ sexagenam in duabus septimanis sub L dare.

2434. Dominus Martinus de Ieszewo subiudex et procurator zacroczimiensis coram nobis personaliter constitutus recognovit, quia fideiussit pro nobili Stanislao de Trampki XX sexagenas monete communis nobili Swanthoslao de Ianowo, quasquidem XX sexagenas a nota presenti in duabus septimanis solvere se obligavit sub dampno equali, si autem, quod absit, dominus subiudex dampnum labetur, videlicet quadraginta sexagenas, extunc Stanislaus Trampski domino subiudici octuaginta sexagenas labetur et solvere se obligavit.

2435. Vitus de Drosdzino [1]) s. m., quia solus egit, et kmeto citavit.

2436. Vitus de Villjcowge s. m. contra *Pruszin* de Noskowo et sibi.

2437. Paschek de Kurzanthcowo d. testes contra Vitum de Drosdzino: Dzirszek de Czampcowo, Martinus de ibidem, Laurencius de Boguslawouice, Micolai de ibidem, Przedwoi Dirslai de Czampcowo. Rotha: *(f. 227 v.)* *„Okthori lyas Vithek namya zalowall, ten ia wssem(s.) ramhil“*. Testes: *„Iako ya tho vyem“*.

2438. Margaretha de Cownathi d. testem unum contra Margaretam de Sarbyewo: Iohanem virum suum sola Margaretha suscepit virum ipsius. Rotha: *„Iakom ya nyni posziczala suknyei v* [2]) *Margorzathi“* [3]). Testes: *„Iako ia tho vyem“*.

2439. Nobilis Iohannes de Michowo coram nobis publice recognovit, quia recepit septem sexagenas monete communis a nobili Zemacone de ibidem, quas se sibi super festum Pasce proxime venturum, si autem non solverit, extunc super obligacionem, quam ab ipso tenet in quinque sexagenis et XII grossis, decem et IIII-or sexagenas cum XX <grossis> denuo sibi super novam litteram scribere debet et terram eciam sibi [4]) addere debet, prout inter se condictaverunt, et nulli alteri obligare debet, sed usque propria peccunia exemeret.

2440. Vitus d. testes contra Sdzeslaum de Kurzanthcowo: Michal de Kurzanthcowo, Sassinus de ibidem [5]), Ian Andree de ibidem, Stanislaus de ibidem, Pauel frater ipsius. Rotha: *„Okthore vlye Sdzeslaw namya zalowal, thich ia gemu nyepobral samodzeszanth szilya“*. Testes: *„Iako ya tho vyem, okthore vlye Sdzeslaw na* [6]) *Vithka zalowal, thich on gemu nyepobral samodzeszanth szilan“*.

2441. Nobilis Stanislaus de Grambczewo coram nobis recognovit [7]) filio suo Stanislao porcionem hereditatis, que super ipsum cadet inter pueros.

2442. *(f. 228.)* Pueri ducunt testes de Sarbyewo contra Iohannem de ibidem; et primo arbitri: Stanislaus de Trampki, Nyemyerze de Sloschewo; testes: Stanislaus *Visziok*, Ian de Vilami, Martinus *Schidlow brath*. Rotha: *„Okthore zaszeczenye <lanki> Ian na dzeczi zalowal, othi on snimi vgednan, esze nyeymyal nanye zalowacz, alisch bi ge sznimi pomyerzil“*. Arbitri [8]): *„Okthore saszeczenye lanki Ian na dzeczi zalowal, othim ya onego snimi vgednal, esze nanye nyeymyal zalovacz, alischbige snimi pomyerzil“*. Rotha testium: *„Iako ya tho vyem, okthore saszeczenie lanki Ian*

[1]) *zam* Kurzanthcowo. [2]) *wzkp napisane razem.* [3]) Rotha *d.* [4]) sud *d.* [5]) Micolai *d.* [6]) mya *d.* [7]) quia habet filius *d.* [8]) Iakom ya otl o gednaczem bil *d.*

na dzwcz zalowal, otkl on swimi vgednan, esze nanye nyevmyal zalowacz, alischbige swimi konverzal".

2443. Iacobus canonicus warschoviensis LLL contra pueros ob non complecionem [1]) concordie, ut in libro superius est notatum.

2444. Maczek [2]) *Slecz nvestane* contra dominam *Marschalcowa.*

2445. Iacobus canonicus warschowiensis LLL contra dominum Nicolaum ob non complecionem concordie, ut in libro est superius. *„Iako tho wyem, othore(s.) saszeczenye lanky Mikolay na mą zaloual".* Rotha, solvit [3]).

247.* *(f. 228 v.)* **Termini in Nouemyasto feria quinta in die sancte Lucie uirginis gloriose a. d. Millesimo et cetera tricesimo VI-to coram dominis iudice Silamo et Martino subiudice etc.** *(1430, 13 dec.).*

2446. Ex sentencia iudiciali dominus Paulus de Noszitlsko in IIII-or septimanis debet scabinis docere super kmetonem Venceslaum, qui sic debent recipere ad antiquum iuramentum dicentes, quia presenti anno de domo exivit de medio manso idem Venceslaus.

2447. [4]) Idem dominus de Noszitlsko L contra dominum canonicum warschoviensem necnon plebanum de Noszitlsko, quia ius cum kmethone non fecit, et sibi XXXX-ta et quinque grossos sub pena L solvere debet et gazam ad festum Penthecosten et sepes, ut est notatum.

2448. Michal de Comori s. m. contra Petrum de Osszek et sibi ius terrestre de $^1/_2$ manso in sex septimanis et gazam ad festum sancti Adalberti sub pena L adimplere debet, videlicet mediam sexagenam pro auca kmethonis.

2449. Clara de Szaromino [5]) L contra Dorotheam Petri relictam de Popyelszino, quia citans Stanislaum filiastrum suum pro pomerio, et prefata Dorotea de Popyelszino olim relicta Pauli predictum Stanislaum intercessit, et iste pretacte domine ambe receperunt ad videndum; tunc Dorothea in visione stetit tota die, et Clara non erat et neque stetit neque sibi terminum aliquis prorogavit, ideo penam luit et suam causam amisit, et Dorothee pomerium perpetuo adiudicavimus.

2450. *(f. 229.)* Laurencius de Panthki s. m. [contra] Nicolaum de ibidem et sibi terciam partem dimensurare debet [6]) porcionis hereditatis Maysime in sex septimanis sub L.

2451. Nobilis Budek de Golambye coram nobis personaliter constitutus [7]) obligavit se solvere mediam terciam sexagenam minus octo grossis pro equo nobili Andree de Modzelye super festum sancti Petri et Pauli appostolorum domini sub dampno equali.

2452. Mroczek de Rzebri s. m. contra Thomam de Cansche et sibi II sexagenas cum X grossis cum dampno equali in sex septimanis sub pena L solvere debet [8]).

2453. Ex decreto iudicii Boguslaus [9]) de Sczepankowo debet dare X sexagenas communis monete fratri suo Alberto de ibidem, et idem Albertus debet sibi dimensurare medietatem tocius [10]) hereditatis predicte tam <paternales>, ma-

[1]) a *d.* [2]) *zam.* Stanislaus. [3]) *niżej nowszą ręką próby pióra:* Sic, fac et vinces. Zamspe gdzie sie opyess*(s.)*. *I dalej:* Christus rex fortis venit in pace, et deus homo factus est. [4]) *n. r. dod.:* Nosilsko. [5]) l *d.* [6]) hoc *d.* [7]) p *d.* [8]) *wykreślony początek noty:* Dziph d. unum. [9]) *końcowe* s *jest dopisane u góry zamiast* m. [10]) peccunie *d.*

ternales et fraternales porciones [1]), quando sibi peccuniam dabit, et si non dabit ante adventum domini ducis, extunc eandem medietatem predicte hereditatis Albertus, Boguslaus in proximo adventu domini ducis in predictis X decem *(s.)* sexagenis debet resignare ad tenendum tam diu, quousque predicte X sexagene per Boguslaum fuerunt persolute, et super hoc litteram domini ducis Albertus ex resignacione recipere debet, et resignacio debet esse sub L.

248.* *(f. 229 v.)* **Termini czechonovienses sabbato proximo ante festum sancti Thome a. d. etc. tricesimo sexto coram Floriano de Sdunowo et Allexandro de Grambczewo et aliis.** *(1436, 15 dec.).*

2454. Nobilis *Slauyecz* de Croczewo coram nobis in iudicio personaliter constitutus obligavit se solvere quinque sexagenas mediorum gr. a nota presenti in quatuor septimanis nobili Mathie de Falibogy, si autem non solverit, extunc debet ipsum Mathiam intromittere et investire in duos mansos possessos in Crocewo et super eosdem mansos litteram domini ducis eidem Mathie dare debet et t. in proximo adventu ipsius domini ducis, et si litteram super eosdem malnjsos idem *Slauyecz* non daret, extunc totidem dampni, quantum de peccunia principali, solvere se obligavit.

2455. Stephanus de Nouemyasto per suum procuratorem stans dixit, quia ego sum concordatus pro duplici citacione cum Iohanne de Sarbyewo, et debuit hodie ponere iudicio duplex *iednane*.

2456. Pueri *Cracinouicz* de Sarbyewo per suum procuratorem dixerunt: „attemptamus testes, quos Iohannes contra nos hodie inducere debuit, et Iohannem non vidimus"; pro nota grossum t.

249.* **Termini zacroczimienses sabbato in crastino sancti Thome apostoli gloriosi coram Silamo iudice et Martino subiudice et procuratore zacroczimiensibus et aliis iudicio** *(f. 230)* **presidentibus sub a. d. M-o CCCC-o tricesimo sexto etc.** *(1436, 22 dec.).*

2457. Nobilis Stanislaus de Trampki recognovit coram nobis, qualiter nobilis Martinus heres de Machti fideiussit <pro eo> Mayo iudeo de Wyszechgrad *(s.)* undecim sexagenas gr. communis monete et decem grossos, qui Stanislaus eundem dominum Martinum de eadem fideiussoria ad Carnisprivium proxime venturum debet liberare, quod si non liberaverit, et prefatus Martinus <ad> aliquod dampnum inciderit seu labetur, hoc nullius dampnum, nisi prefati Stanislai et sine omni iuramento.

2458. [2]) Swanthoslaus de Zarambi luit penam quinquagentalem contra Iohannem de ibidem ob non solucionem *pancznadeszcza*.

2459. Falk de Nyepekli luit duas penas s. m. contra Wyschon ob non solucionem siliginis.

250.* **Termini in Nouemyasto feria quinta infra octavas Epiphanie a. d. M-o etc. XXX septimo coram dominis Silamo iudice necnon Martino subiudice.** *(1437, 10 ian.).*

2460. Nobiles Boguslaus de Ponyatouice et Nicolaus de Conari terminum habent attemptare post festum Penthecosten.

[1]) et quando *d.* [2]) Miszlibor *d.*

2461. Nobilis Nicolaus de Byelani obligavit se solvere duas sexagenas monete communis super festum Asumpcionis Marie nobili Nicolao *(f. 230 v.)* de Ganszorowo et quatuordecim grossos sub totidem dampni paratis peccuniis.

2462. Nobilis Petrus de Byelani obligavit se solvere dimidiam alteram sexagenam monete communis super festum Asulmjpcionis uirginis Marie gloriose nobili Nicolao de Ganszorowo sub totidem dampni paratis peccuniis.

2463. Nobilis Laurencius de Panthki obligavit se solvere mediam octavam sexagenam super festum sancti Martini proxime venturum nobili Ade de Cowaleuice sub equali dampno.

2464. Nobilis [1]) Martinus de Pyanowo coram nobis personaliter constitutus resignavit suam procuraciam nobili Daczbogio de ibidem fratri suo pro omnibus causis contra quascunque personas.

2465. Inter strenuos dominos *Rogalyam* [2]) <fratres et sorores *Stromilonis* ab una> [3]) et *Stromilonem* de Szgyerz terminus pendet feria quinta proxima post festum Pasche, si autem ad eundem terminum dominus *Stromilo* [4]) ad terminum non venerit, extunc dominus Nadmir cum domino dapifero vischegradiensi ad [5]) amicos causas predictorum dominorum mittere [6]) deberet, aut terminos attemptabit, tamquam procuratores ipsorum.

2466. Michal [7]) de Godacze s. m. contra Sdzeslaum de Clucowo et sibi tres sexagenas minus X grossis in sex septimanis sub L solvere debet.

2467. Martinus de Lachani s. m. contra Ieszek de Virziki.

2468. *Virzik* de Virziki II s. m. contra patrem.

2469. *(f. 231.)* Nobilis Przeczslaus de Godacze obligavit se solvere III sexagenas cum III grossis super festum sancte Margarethe uirginis domini nobili Falislao de Virziki sub equali dampno paratis pecuniis.

2470. Nobilis Iohannes alias *Cozel* de Brolino obligavit se solvere sexagenam cum IIII-or grossis super festum sancte Margarethe uirginis domini [8]) <proxime venturum> nobili Ieschek de Swirczewo sub equali dampno.

2471. Nobilis Borzim de Galanszki coram nobis recognovit, quia fideiussit mediam quartam sexagenam monete communis pro nobili Iohanne de Modzelye nobili Falislao de Virziki [9]), quas se sibi solvere obligavit super festum sancte Margarethe proxime venturum sub equali dampno.

2472. Wscheborka de Sulnikowo d. unum testem Andream de Oldaki contra Iohanem filium suum. Rotha: *„Iako Ianoui oczecz dal czancz(s.) ruschaiancego gimyenya sa swego sziwotha“*. Testes: *„Iako ia tho vye(s.)“*.

2473. Stanislaus de Ieblecznik s. m. contra *Smyaram* de ibidem et sibi XV grossos in duabus septimanis sub L solvere debet.

2474. Paschek [10]) de Mazowo d. duos testes contra Stanislaum de ibidem: Ian, Andrzei de ibidem. Rotha: *„Iakom ia nyewinowath Stanislaw trzech kop“*. Testes: *„Iako ia to vyem“*.

2475. Dobek de Kansche *nyestane* contra Vischkowa de Stpice.

---

[1]) Daczbogius *d.* [2]) vexilliferum vischegradiensem *d.* [3]) *dopisane u góry odmiennym atramentem.* [4]) ad terminum *d.* [5]) *s. d.* [6]) *wykreślono odmiennym atramentem jak w przypisie;* [7]) *sam.* Falk. [8]) pro nobili *d.* [9]) *s. d.* [10]) *sam.* Andreas.

2476. *(f. 231 v.)* Dominus Paulus de Noszitlsko LLL contra Daczbogium, Iohannem et Martinum de Pyanowo ob non solucionem peccuniarum pro hereditate Py[a]nowo, quando revocavit.

2477. <Debet> *Gliczatha nyestane* contra dominum pallatinum ob non solucionem penarum.

251. **Termini czechonovienses sabbato infra octavas Epiphanie a. d. M-o etc. tricesimo septimo coram Floriano de Sdunowo et aliis.** *(1437, 12 ian.).*

2478. Nobilis Iohannes de Nyeborzino coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere sex sexagenas [1]) in vigilia sancti Iohannis Baptiste nobili Venceslao de Grodzecz, sub equali dampno ibidem in Grodzecz se dare et solvere obligavit in mediis grossis.

2479. Florianus de Sdunowo obligavit se solvere..

2480. Nobilis Stanislaus de Sobanice obligavit se solvere duas sexagenas [1]) [in] duabus septimanis ante festum sancti Iohannis Baptiste nobili *Borschi* de Gnyewyeuice sub dampno equali.

2481. Maczek *Slecz* s. m., quia citans Stanislaum de Sobanice solus non stetit.

252. **Termini zacroczimienses sabbato proximo ante festum Agnetis uirginis domini a. d. M-o etc. tricesimo septimo coram dominis Silamo iudice necnon Martino subiudice et aliis officialibus.** *(1437, 19 ian.).*

2482. Przedborius preco s. m. contra Falislaum de Suchodol.

2483. Myeczk de Sobole s. m. contra Venceslaum de Falibogi et sibi quinque sexagenas *(f. 232.)* bonis peccoribus in sex septimanis [2]) solvere debet sub pena L.

2484. Myeczk idem d. testes contra eundem Venceslaum de Falibogi: Vyelebor de Saluski, Ian de ibidem. Rotha: *„Oktori possak Vyanczslaw namya zalowal sbratem, thich ya poszenye nyewszął“*. Testes: *„Iako ya tho vyem, okthori possak namya Vyanczslaw sbratem [zalowal], tegom ya nyewszal poszenye“*.

2485. Nobilis Sdzeslaus de Czosnowo coram nobis in iudicio personaliter constitutus resignavit suam procuraciam nobili Daczbogio de ibidem pro omnibus suis causis contra et adversus nobiles de Czeczothki ita, quod potens erit citare, agere et procuratorem loco suo stabilire, quociens opus fuerit.

2486. Nobilis Petrus de Nyepyecli coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere decem sexagenas de peccuniis, que erunt meliora post latos grossos in terra, a Priviocarnis proxime venturo per quatuor annos continue se sequentes nobili Vincencio de Saluski, si autem non solverit, extunc totam suam <hereditatis> porcionem ibidem in Nyepyecli ad eundem perdet et eviterne et in ewm, et cum omnibus derelictis, quecunque caderent super ipsum, et cum soror ipsius Petri viro tradendi *(S.)*, extunc [3]) Vincencius ipsam exemere debet alias *skupicz*, et post noverkam ipsius Petri bona hereditaria super Vincencium cádere debent perpetue et in ewm; et in istis quatuor annis idem Petrus nulli obligare debet aut vendere, usque Vincencio satisfaceret.

2487. Dominus Sassinus L contra Iacobum szupparium ob non solucionem *pyacznadzeszcze*.

[1]) super *d.* [2]) *sam* sexagenis. [3]) nullus *d*

2488. Interposicio vadii. Inter nobiles omnes de Voyni et de Vilamouice ex una et Iacussium de Falibogi ab altera partibus ego *(f. 232 v.)* Martinus subiudex et procurator zacroczimiensis vadium centum sexagenarum interposui.

2489. Nobilis domina Dorothea relicta Falislai de Nyepyecli coram nobis in iudicio personaliter constituta recognovit, quia vir ipsius piie memorie t. Iacussio[1]) duas sexagenas certi debiti et in eisdem duabus sexagenis in aream totam eidem Iacussio dedit intromissionem et obligavit, tamen pro se domum reservando, videlicet locum, in quo stat domus, tenebitque tamdiu, donec sibi duas sexagenas idem Dorothea plenarie solverit et ex toto.

253.* Termini in Nouemyasto feria[2]) quinta in vigilia sancti Pauli in conversione coram dominis Silamo iudice et Martino subiudice a. d. ut supra XXX septimo. *(1437, 24 ian.).*

2490. Dominus Silamus iudex zacroczimiensis palam recognovit, quia obligavit se solvere mediam sexagenam super et in proximo adventu domini ducis hic ad Nouemyasto, $^1/_2$ quartam[3]) vero sexagenam super festum sancti Adalberti proxime venturi[4]) nobili[5]) Banczslao de Olbrachczice sub pena triplici L.

2491. Stanislaus de Szaromino s. m. contra patruam suam.

2492. Wscheborka de Sulnicowo s. m. contra Iohannem filium suum.

2493. Nobilis Andreas de Obramp coram nobis personaliter constitutus obligavit se solvere dimidiam septimam sexagenam monete communis super septimanam, que vocatur Ramispalmarum, proxime venturam domino Dobrogostio warschoviensi sub penis LL et sub duabus *pyacznadzeszcze* paratis peccuniis et hoc pro capite kmethonis, et circa recepcionem peccunie dominus Dobrogostius tenebitur[6]) Andree fideiubere pro pueris predicti capitis, aut cum littera domini ducis hoc idem reformare alias *oprauicz.*

